

longanimitatem. dilectionem. patientiam. p[er]sequi-
tiones. passionis. qualia inchi facta sunt antichri-
c. ioh[ann]is. b[ea]tis. quales p[er]secutiones sustinui. et
et omnibus me eripuit dominus. Et omnes qui vo-
lunt pie vivere an. xpo ihu. p[er]secutionem pati-
entur ut qui *1^o in christo* *ter.*

Ba sapientia morabitur: et qui in iustitia su-
a meditabitur: et in sensu cogitabit circum-
sp[eci]ctionem dei. Cibabit illum pane vite et intelle-
ciencie salutatis potabit illum. Et
illo et non flectetur: et continebit il-

non inuenerit hoc

ree.

Lat. rec. II. Cor.
Lat. rec. I.
Oct. 15.

Aus der
von dem Dr. Hellwig
den Augustiner Chorherren
auf dem Sande zu Breslau
vermachten Bibliothek.

SYMBOLVM
IACOBI MONAWI.
IPSE FACIET

VARIIS
VARIORVM AVCTO-
RVM CARMINIBVS
EXPRESSVM ET DE-
CORATVM.

Cum nonnullis appen-
dicibus.



Ex
Bibliotheca
Reg. Univers.
Vratisl.

GORLICII
Iohannes Rhamba excudebat.

M. D. XC.
Carissimo Viro D. D. Christophoro Rudeman 10
Symb. Reg. nat. h. & affini s.
Vratisl. 1590

IPSI
IEHOVA
DEO VNI-TRINO
SOLI AETERNO, SOLI VERO,
SOLI VIVO,
DEO OPT. MAX.
QVI ET SOLVS, ET SEMPER
ET VBIQ. BENE OMNIA
FECIT, FACIT, FACIET:

SEMET, SVOS OMNES, CVN-
CTAQVE SVA CONSECRAT,
DEDICAT, PERMITTIT

EIVSDEM QVE
PERPETVAE TVM MISERI-
CORDIAE, TVM VERITATI IN
AETERNVN COMMENDAT:

CERTO CREDENS: FIRME
SPERANS: QVONIAM

• Vt IPSE DIXIT

• Sic IPSE FACIET

IN SECVLA SECVLORVM

A M E N.



DOMINO DEO
NOSTRO POTENTI
ET VERACI:

ΜΥΘΩΝ ΠΗΘΗΡΙ
ΑΜΑ ΚΑΙ ΠΡΗΚΤΗΡΙ
S A C R.



Agne Deus, Deus vne potens, Deus
vnice verax,
Ipse simul dicens: Ipse simul fa-
ciens.


Qui me fecisti, factumq; à principe vitæ
Luce hanc in lucem, me facis incolumem:
Et qui præterea toto isto tempore vitæ
Fecisti bona mi plurima, plura facis:
Porro etiam, quam longa facis mihi tempora
vitæ,

Fac mihi teq; bonum, fac tibi meq; bonum.
Et tandem exsortem cum vitæ feceris huius,
Consortem alterius fac sine fine nouæ.
Teq; illamq; animo suspiro speroq; toto:
Tu qui fecisti, qui que facis, facies.

A M E

L. i. 303038





Genes. 1. Vers. ult.

- I. Tunc inspexit Deus quicquid **FECERAT**: ecce autem bonum erat valde.

Judic. 10. vers. 15.

- II. **IEHOVA FAC TV** nobis omnino, prout bonum in oculis tuis.

2. Samuel. cap. 15.

- III. Ecce me: **FACIAT** mihi **DOMINVS**, prout bonum in oculis suis.

Daniel. 4. vers. 35.

- IIII. Pro voluntate sua **FACIT** in exercitu cœli, & habitatoribus terrę: neque est qui prohibeat manum eius, & dicat ei: **QVID FACIS?**

Psal. 33. vers. 9.

- V. **IPSE** dixit: & **FACTA** sunt.

Psal. 37. vers. 5.

- VI. Denolue super **IEHOVA** viam tuam: & cōfide super illo: & **IPSE FACIET**.

Psal. 39. vers. 10.

- VII. Obinutui: non aperui os meum: quoniam **TU FECISTI**.

Psal. 115.

- VIII. Dominus Deus noster in cœlo: omnia quęcunq; voluit **FECIT**.

1. Macab. 3. vers. ult.

- IX. Quod fert voluntas Dei in cœlis id **FIAT**.

Ioh. 1. vers. 3.

- X. Sine ipso **FACTVM** est nihil, quod **FACTVM** est.

Ioh. 15. vers. 5.

- XI. Sine **ME** nihil potestis **FACERE**.

Matth. 6. vers. 10.

- XII. **FIAT** voluntas tua, sicut in cœlis sic etiam in terris.

Marci 7. vers. ult.

- XIII. Bene omnia **FECIT**.

1. Thessal. cap. 5. vers. 24.

- XIIII. Fidelis est qui vos vocavit: quoniam etiam **IDEM IPSE PERFICIET**.

PSAL. CXV.

NON NOBIS,
DOMINE: NON
NOBIS: SED
NOMINI TVO
DA GLORIAM:
SVPER MISE-
RICORDIA
TVA ET VERI-
TATE TVA.

I.

LIBELLVS CAR-
MINVM PRIMVS.



PSAL. CXLVI.

LAVDA ANIMA MEA
DOMINVM: LAVDABO
DOMINVM IN VITA
MEA: PSALLAM DEO
MEO QVAMDIV FVERO.

MAGNIFICO ET
NOBIL. VIRO DOMINO
IOACHIMO A BERGIN
HERNDORF: CAESAREO
CONSILIARIO.

S. D.

Nni sunt decem & qua-
tuor, cum libellus iste, qui nunc
prodit cultior & auctior, pri-
mum fuit in lucem editus. Collegeram
nimirum ab aliquo tempore, quae Amici,
quos per Dei gratiam in varijs locis ha-
beo plurimos, à quibus, nullo meo merito,
certatim amor & diligor, partim sponte
sua partim à me rogati de Symbolo meo:
IPSE FACIET: quod mihi à prae-
ptore meo velut hereditatem quandam
relictum, haecenus possideo & usurpo,
luserant: Et quidem multis bonis & do-
ctis adeo non displicuit consilium & fa-
ctum

Etum meum: ut magnam apud eos hoc
nomine gratiam me inijisse vel inde liceat
estimare: quod post primam illam, de
qua dixi, editionem, interea mihi fuerunt
è multis locis, & ab amicis etià alijs missa
carmina multo plura, quàm olim protuli:
ut numerus ille per hos annos admodum
auctus consilium vetus repetere me iusse-
rit: instantib. praesertim ijs, qui hac & sua
& aliorum amplius apud me latere & ve-
lut premi volebant, imo penè agreferebāt.
Quid facerem? Est amicorum in amicos
quoddam velut imperium: Ei morem
gerendum esse putavi: Atq. sic prodeunt
hac nostra denuò. Placuit verò totum
opusculum in aliquot partes distribuere:
easq. peculiariter ijs, quib. meam benevo-
lentiā, fidē, observantiam testari, & quo-
dam velut monumento, fortasse etiam
post mortem meam alicubi duraturo con-
firmare volui, inscribere. Ex his primus
libellus

libellus ad te venit, Magnifice Domine
 IOACHIME, à quo, ut cum leta & hi-
 lari fronte admittas: & hoc studium me-
 um tibi placere sinas, non volo pluribus
 verbis contendere: cum nullum mihi sit
 dubium de beneuolentissima erga me vo-
 luntate: quam totis his annis viginti, qui-
 bus inter nos nouimus, & tu mihi confir-
 masti multis modis: & declarauit dum
 vita Deusq; sinebant, Dorothea tua, cu-
 ius nomen in libro vite, laus in Ecclesia,
 & memoria in benedictionibus. Sed &
 cum omni propemodum familia tua sic
 vixi per tot annos: ut quasi pars qua-
 dà domus vestra fuerim hactenus. Non
 commemorabo hoc & loco & tempore
 virtutes tuas, & merita tua. Nouit a-
 tas nostra: predicabit posteritas: & ma-
 lo tuas verissimas laudes ab alijs cele-
 brari: quàm à me decantari: cui satius est
 de illis tacere, quàm pauca dicere. Tan-
 tum

tum te oro, praestantissime Vir, Domine
 IOACHIME, ut pro amore erga me tuo
 veteri & vero, hanc compellationem
 meam, quod certus sum te facturum, eo
 animo accipere, quo est illa à me scripta:
 & tuam erga me beneuolentiam, quod
 futurum non dubito, perpetuam mihi &
 meis conseruare, & coniunctionem no-
 stram sempiternā (quod utriq; nostrum
 Deum non dubito daturū) esse velis. Ego
 quidem illum ipsum Dominum & Deum
 nostrum inuoco, & inuocare non desinam:
 ut te cum tuis omnibus seruet: & in hac
 etiā honorata senectute tua, vigere & flo-
 rere sinat: tibiq; perpetuò benedicat & be-
 nefaciat. Bene & feliciter vale. Per scr.
 Vratisl. sub initium anni M. D. XCV.
 quem tibi & tuis: nobisq; & nostris omni-
 bus, ipsi praesertim Ecclesia, Reipub. &
 patria faustum felicem, prosperum, salu-
 tarem, pacificum, opto, precor, & voueo

ex animo. Sanè & de peccatis nostris
 multis, magnis, varijs, multiplicibus, &
 de diuina ad iram propter ea commota
 iustitia; & de pœnis quæ ab isto fonte in
 nos eheu deriuari ceperunt cogitans, an-
 num istum exorsus sum à voce & voto
 Sancti Regis: Bonus est sermo, quem di-
 xit Dominus, sit pax & veritas in diebus
 meis. Volo autem tecum & cum tota
 Ecclesia, illiusq; omnibus ubique loco-
 rum reliquijs coniungere preces meas, &
 Deum orare, ut per ipsius gratiam liceat
 ἐκφυγῆν πάντα τὰ μέλλοντα γίνεσθαι, καὶ σωθῆναι
 ἐμπροσθεν τῷ ἱεὶ & ἀνθρώπων: qui nimirum idem
 ipse est illa nostra ἀπολύτρωσις, quam & nos
 iubemur erectis in altum capitibus expe-
 ctare, & quam desiderat ἡ ἀποκαταστάσις
 totius rerū naturæ. Εἰ φύλακι & σωτῆρι ἡμῶν
 sis laus & gloria in æternum.

I. M.

LIBELLVS

PRIMVS.

IOANN. CRATO A KRAFTHAIM
 III. CAESSS. CONSIL. ET ARCH.

Quid mea mens curis te tristibus agra fatigas,
 Corporis & vires destruis ipsa tui?
 Cur animum miserè nunc hac nunc diuidis illuc?
 Nonne tibi Deus est? IPSE equidem FACIET.
 Ac FACIET melius tua quàm spes autumet, & quàm
 Tu posui votis fingere sollicitis.
 Ergo anime, ò tibi dissidens, FAC fidere Christo
 Presidium tutum perpetuumq; putes.
 Is, cum nulla viam mens cernit, & omnia frustra
 Suscipit, optatum fert bonus auxilium.
 Euentumq; rei regit & iubet esse secundum:
 Exitus hinc monstrat, quæ Deus IPSE FACIT.

I D E M.

Ipse iubet: FACIAS, saucat conatibus ores,
 Sic FACIET, fieri quæ volet ipse Deus.
 Nil nisi quod voluit facit ipse: Capefferet iussa
 Nos vult, & verbo facta fidemq; regi.
 Sic tua, Monauit, sunt Symbola iuncta Cratonis:
 Vt iuncti amberum sunt animis animi.

I D E M.

Esse Deo placitum quod scis, fac. Dicere verè
 Sic poteris, facit ac IPSE Deus faciet.

CASPA-

CASPARVS PEVCE-
RVS D.

Condidit is qui cuncta: regit liberrimus idem
Quig, creata, suo sancit ut arbitrio:
Ipsi confidas toto si pectore, cuncta
Quam petis aut speras rectius officiet.
Nixa Deo nunquam fallit fiducia. Felix
Diuinum patiens qui manet auxilium.

Deſſæ 1586.

THEODORVS BEZA
VEZEL.

Promissi Deum est autor: quidnam ambigis amens?
Promittente opus est sint rata cuncta Deo.
Qui bene cuncta facit, fecit, faciet quoque porro.
Disimilis nunquam scilicet ipse sui.
Capit opus, patrabit opus: namque vnica quisquid
Inchoat ista manu, perficit ista manu.
Et facit ipse vnus: quamuis quod perficit vnus.
Alterius faciat sapius ipse manu.
Sic igitur faciet cuncta ut tua vota precesque
Res superes tandem tota peracta tuas.
Sic (inquam) faciet, tibi si forte optio detur
Ut fieri haud aliter quam velit ipse, velis.
Tu vero interea facito facienda vicissim,
Illius & nutu sic tua facta rege:
Ut recte quoties tu quicquam feceris olim,
Auctorem hunc operis noueris esse tui.

FRAN-

FRANCISCVS PORTVS CRE-
TENSIS è latino Beza.

Eἵπερ οὐκ ὦν: τελέσθαι. παλιν ἀγρετορ οὐδ' ἀτελε-
ῖσθαι ὅς τις νέυσθαι. τίς δ' ὡς ἀντιλέγῃς (sor)
ὅς περὶ δημοσεργός ὅσων θανυμάζομεν ἐδὼρ,
Φύσιν ἔην καὶ νῦν καὶ μετέπειθ' ὅς ἔχα.
ἔργον δ' ἀφάμεν, τόδ' ἀνάνυτορ οὐ καταλείπει.
ἀρχὴ τέρεμα καλὴ θείας ἐπὶ λαμπρότερον.
οὐδ' ὁμοσεργον ἔχῃ: πονέει μόνον. ἡ δ' ἐστὶν ἄλλο
ἐκτελέει, κείνους τῇ χαρίζομενον.
ἔργματα δ' ὑφίστα πάντων δ' ὡς τῇ ἑαυτῶν,
ἐλπίδι, ἡ δ' εὐχῶν φέρειρα ναυτίλων:
τοῖα πᾶσι βροτῶν οὐδ' εἰς πάντως ὁνόσατο,
αἰρεσιν οὐδ' ἢν δ' ὡς, ἀλλὰ ὅς ἔλοιτο φρονῶν.
ῥῆς οὐκ καὶ σὺ πρόσφρων ἀνδρῶν ὅσα θανυσθεῖς δ' ὅς
πηγὴ μὲν καλῶν ὁφρανῶν τὰ νέμων.

ÆMYLIVS FRANCISCI F
PORTVS.

I.

οὐδὲν ἔλω: αὐτὸς τόπερ οὐ μάλα ῥίμφο ποιῆσθαι

II.

πᾶν ὅπερ ἀργαλέον λίην πέλε τοῖσι βροτοῖσιν
αὐτὸς νόσθαι πόνον καλῶς, καὶ ῥῆσθαι ποιῆσθαι.

III.

πάντες θυτογενεῖς δ' ὅσον μολπάζεσθαι κείνους,
ὅσπερ ῥηθῆναι τόπερ ἔρδῃν ἀδωατῶσιν
οἱ τῶν ἀνθρώπων υἱες, μόνον αὐτὸς ἀνύτῃ.

B

εις

IIII.

Εἰς θεὸν ἐλπίζω, ἥτος σέθεν οὐτις ἀνία
τείρη, τείρῃ ἂν ποθεῖς ὅννεκ' οὐδ' ἡρανεῖ.

V.

Σῶμα θεῶν, ψυχάντε παρ, καὶ πράγματα πάντα
αἶψ' ἐπιτρέψῃς, κήδεσι οὐκ ἀλύων
καὶ χαρῇ ἂν μὴ δάσασαι κραίνων, σοὶ πάντα τελέσῃ
κένθ' ἔμφρανων κῆρ σὺ εὐφροσύνη.

NICOLAVS RHEDIGER
à STRISA.

Mens mea, quid curis temet mordacibus angis?
Et surdum accusas ad tua vota Deum?
Immaturo petis forsitan: tutior, saluti
Opto conveniat quis scit an ista tua?
Est Deus, Hic FACIET: quem nec vox vlla precantis,
Nec querula murmur triste fefellit ausu.
Non hunc fatales tabula, sortesq; coercent,
Nullius arbitrio, quae facit, ille facit.
Et tempestivè facit omnia, & omnia rectè,
Et dare quae differt, non tamen illa negat.
Huius velle opus est perfectum, & posse voluntas:
Nec fecisse piget, Nec voluisse pudet.
Hic vires hominum librat, curasq; recenset:
Et nunquam immodico pondere terga grauat.
Ergo ne trepida, mea mens, sed te effert in altum,
Vnde vigor facti auspiciūq; venit.
Nec mora te frangat, nec honestos differat ausus:
In Dominum curas, in materet iace.

Ille

Ille incrementum fidei, finemq; labori
Et quàm quis possit poscere plura dabit.
Deniq; sic Faciet, ne quod fecisse volebas
Vel melius factum, vel prius esse velis.
Spirz Nemetum. 1579.

IDEM in Emblemata Symbolicum, quod
supra visitur.

Quid mens trepidas? quid vaga & hoc & illud optas?
Et perpetuâ turgida fluctuatione
Mussas tacite, Num faciam hoc? an hoc omittam?
Quid funiculos anxia cogitationum
Sperans, metuens omnia texis & retexis,
Flagrum asiduum ô ipsa tibi, ô tibi ipsi pena?
Testa ô fragilis, desine te his gravare curis.
An te aethereo semina ducere ex olympo
Nescis facili pollice turbinata Diuum?
Huc flecte oculos, respice symbolum hoc MonauI:
Hanc respice dextram: Hoc FACIET vides quod IPSE,
Has nauculas, quas dubia rotant procella.
Hinc auxilij, hinc viuida opus fluunt scatebra,
Fecit facietq; omnia Solus, Vnus, Ipse.
Si te Superi respiciunt, quid ima curas?

Ex Strifano. 1593

SIMON STENIVS LOMACENSIS.

IPse quidem faciet: sed quae volet. Ergo voluntas
Nostra voluntate stetq; cadatq; Dei.
B 2 **I**DEM.

I D E M.

ἢρ ἔθ' (ὥς φάσιν) τῷ πυθαγόρῳ μαθηταῖς.
 αἰὲρ ἀνὰ σόμ' ἔχερ τὸτο τὸ, ΑΙΤΟΣ ΕΦΑ.
 ΑΙΤΟΣ ΠΟΙΗΣΕΙ πολὺ κάλλιον ἔσιν: ὅσ' ὁ περ
 ἀνθρώπων ὁ διὸς φέρεται, ἔργα λόγων.

I D E M.

Σύμβολον ΑΙΤΟΣ ΕΦΑ ἢερ πόκα πυθαγορείων.
 ΑΙΤΟΣ ΠΟΙΗΣΕΙ σύμβολον ἐς τὸν.
 εἰ δ' ἔρ' ἀμφοτέρω ξωχέρας ἄρ, ὅλ' ὅ, οὕτως:
 ΑΙΤΟΣ ΠΟΙΗΣΕΙ κύριον: ΑΙΤΟΣ ΕΦΑ.
 Nevvstadij Nemetum 1581.

De eodem.

Pythagora qui sunt sectati dogma magistri
ἔντοδ' ἔφα' in dubio his pro ratione fuit.
At tu qui Christum sectaris, dum anxius haeres:
Fidus & hoc addas: IPSE Deus FACIET.

Io. Cr. à Crastib.

De eodem.

Pythagoraeorum celebris schola floruit olim,
IPSE quibus DIXIT semper in ore fuit.
IPSE autem FACIET melius tam iure putandum est,
Quam praestant dicta facta, hominibus, Deus.
Si tamen hac iungas, fidei vi integra constat:
Ipse Deus dixit: IPSE Deus FACIET.

Pet. Mon.

NICO-

NICOLAUS CLEMENS TRE-
LAEVUS MOSELLANUS.

ἀναγγραμματοῶς in nomen
 VIVAS BONVS AMICO.

O Mnia qui fecit, FACIET Deus IPSE Ichoua
 V. tibi sit Christo sub Duce parata salus.
 Tu VIVAS, Monavi, BONVS & dilectus AMICO,
 IPSE tibi FACIET sint rata vota Deus.
 Et de solatis fidei sarcine ruinas
 Qui facit vi facias IPSE Deus FACIET.
 Antverpiæ. 1582.

HENRICVS MEIBOMVS P.L.

ex nominis anagrammatismo
 IOVA BONVS AMICVS.

H Vius in arumnis quicunq, senescere vita
 Cogitur, & duras ferre pati, moras:
 Ille frequens Dominis & amicis indiget: Ille
 Inuocat in dubia sorte frequenter opem.
 Lubrica sed mundi fiducia: fallitur amens
 Qui temerè mundo fidit, & cini ope.
 Altera spes restat, qua se venientibus vltro
 Sistr, & optatam spondet amica fidem.
 Scilicet æternus mundi IOVA rector & orbis,
 Is BONVS in dubijs rebus AMICVS erit.
 IPSE dehinc FACIET, velut hæcenus omnia fecit:
 Nam graue, quo faciat singula, robur habet.
 Helmstadij 1585.

B 3

IOAN-

IOANNES SECCERVVICIVS.

D Vm velut in pelago, dubia fors turbida vita
 Fluctuat, aduersis exagitata Notis:
 Me tranquilla quies, positus è pectore curis,
 Me confixa suo Mens inuuet aqua Deo.
 Qui mare, qui terras, qui cælum & sidera fecit,
 Quiq; sua seruat facta regiq; manu:
 Ipse, mea faciet sint vi placida aquora naui,
 Et spiret velis aura secunda meis.

Gryphsvvaldæ Pomeran. 1582.

IOANNES STVRMIVS RECTOR
 Acad. Argentorat: in Panchreston
 Monauianum.

I PSE facit: FACIET: rectè quacung, preceris,
 Quod nequeant homines, Ipse potest facere.
 Rebus in aduersis, si qua te fortè molestant,
 Ipse tibi auertet: Quod volet, IPSE FACIT.
 Monau, totus quodcung, minabitur annus
 Ipse auerruncat. Sic pete, sic FACIET.

Ex Northemiano, 1580.

ZACHARIAS VRSINVS D.

S I, quid agat, rebus dubitent in tristibus omnes:
 Quod dubitant omnes: IPSE Deus FACIET.
 Rebus opem nequeant si ferre iacentibus omnes:
 Quod nequeunt omnes: IPSE Deus FACIET

Si

Si renuant nostris mollescere casibus omnes:
 Quod renuunt omnes: IPSE Deus FACIET.
 Nevvstadij, 1580.

IOANN. LEVVENCLAVV
 AMELBEVR.

F Ide, Monau, Deo: Spes fixa sit omnis in ipso,
 Is FACIT, & tua quod vox monet, Is FACIET.
 Quid non Ipse facit? fac quod facis & iubet Ipse.
 Sic, animi voto quod cupis, Is FACIET.
 Viennæ.

I D E M.

πάσαν μέριμναν, ἀνωφελεῖσθε φροντίδας
 καί τινι κέλναι: μόνῳ πεποιθὼς τῷ Θεῷ.
 ἀμεριμνείας γὰρ κρεῖττον οὐδὲν ἐν βίῃ.
 χρειάζεσθε τὸ σῆς ἐν βίῃ, σωτῆς ὁ σὸς
 μέριμναν ἔξει. τὸ τῷ πιστεύῳ ἅμα
 προσευχόμενοι, καὶ δ' αὖτε διὰ τέλ·
 αὐτὸς ποιήσει πᾶν τὸ σοὶ ποθέμενον
 αὐτὸς τελέσει. μηδὲν ἀνέννυτον Θεῷ.

Curas inanes atq; sollicitudines

Longum valere iusseris fidens Deo.

Sine curâ enim Vitâ in Vitâ melius nihil.

Quo vita egebit cunq, Seruator tuus,

Sibi cura habebit: Tu modo illi credere,

Præstare cultum, offerre vota haud desinas.

Sic IPSE FACIET, cuncta qua desiderat,

Perficiet Ipse. Quid non perficiat Deus?

Constantinopoli, 1585.

B 4

MAR-

MARTINVS SCHILLING.

Quid faciam, mea mens, curi vexatus & iri
 Nilq, vbi mi reliquum quod faciam superest?
 Sint licet hinc vnda, Pharaō sed terret illinc,
 Sta cernens, Deus est, IPSE bonus FACIET.

Nach liebes Derk was sol ich machen
 Weils so sehr vmb mich her thut trachen /
 Vnd mich Sorgen vnd Gramschafft drengt
 Nichts weiß zuthun / mich alles trengt?

Wer achts? Laß Meer tieff für dir stan
 Auch Pharaons Heer stracks auff dich gahn:
 Stieh still: Sich zu: Gott wtrds wol machen
 Vnd gewaltig richten deine Sachen.

PAVLVS MELISSVS SCHED.

FRANC. CP. E. CR.

In Domino cui fixa manet spes certa Iehoua,
Praesenti est animo tollere quosq, metus.
Stat duras tolerare vices, Stat quicquid abeni
Eluctatura frangere dente mora.
Fors utcunq, furat, qua fato immissa Monaui
Accidat, aeterno sic statuente Deo.
Consulis aliterutram (quia fas) aequiq, boniq,
Ipse Deus FACIET cetera semper au.
Eximiam o mentem? quate iubet, optime, finem
Tam sperare bonum, nilq, timere mali.

Myrtilleti.

IDEM

IDEM: In insignia.

*Vmbra mare est: Tenebra tellus: Est nigror olympus:
 Sidere ni quodam reddita clara nitent.
 Nulla sed in terrâ quarendum, nulla profundo
 Lumina: de Phœbi lux micat illa comū.
 Vna Diana suos de nocte reciproca lucens
 Fert radiosq, solo, fert radiosq, salo.
 Tresigitur quorsus? pelagi notat altera noctem,
 Altera telluris: tertia luna poli.
 Mentibus arrectis triplici è caligine mundi
 Ad Solem tendas, cornua trina monent.
 Christus erit Sol verus. Vbi Sol iste, Monaui,
 Fulserit, Eclipsis nulla timenda venit.*

Patauij Eugon. 1580.

SEBASTIANVS HOFFMAN

in Hennersdorff.

Omnia qui fecit, sic omnia fecit, vt essent
 Vt sibi humanis pluribus apta modis.
 Ergo quid incassum te curis anxia torques
 Fidere factori mens malè sueta tuo?
 Si, que vult, facies: FACIET Deus IPSE vicissim
 Qua sunt grata tibi, qua placitura sibi.

1582.

IDEM: In insignia.

*Nigranti in spacio triplici Latonia cornu
 Qua micat & radio discutit atra suo:
 Signat opaca animi Monauorum pellere gentem
 Re Medica, Legum cognitione, fide.*

B 5

Idem

Idem de suis & Mon. insignibus ad
amicum.

*Aethiopes quercu insignes, lunasq, leuantes
In dextris geminas scis dare stemma mihi.
Ergo diu tacito quod sum veneratus amore
Monauit fratres lumina bina domui,
Desine mirari, doctor clarissime, namq,
Hos ut amem Virtus me, mea q, arma mouent.*

IOANNES SAMBVCVS CÆS.
CONSIL. & HISTOR.

Dum premit aduersi saeva inclementia fati,
Et grauat vsq, nouū pondera ponderibus:
Tu ne cede malis: reliquum at spe vincito pondus,
Ipse minus FACIET, qui iubet, Hoc facias.
Namq, potest ac vult idem qui iussit: & idem
Pensabis lucto commodiore moram.
Quem penes arbitrium est, & vis & regula agendi,
Quod iubet, optato sine beabit opus.
Ipse facit, fecit, FACIET: Modo credito verbis.
Fide Deo patiens. Qui patitur potitur.

IDEM.

τῆς ἀρχῆς, τὸ μέσον, τὸ τέλος τε δι' ὧν θεὸς αὐτὸς,
πάντα ποιεῖ καὶ ὧν, ἐλπίσω ἐυχόμενος.
Qui cepit, medium & finem Deus addit vtrumq;
Suppliciter spera: Tempore cuncta facit.

Viennæ Austr. 1579.

DAVID

DAVID CHYTRÆVS D.

NI Deus in tantā doceat caligine mentes,
Clementerq, suo numine corda regat:
Nemo potest quid sit faciendum rite videre,
Nemo potest recte, quod videt efficere.
Me Deus ergo tibi commendo: perface quæso
Organon ut gratum sim maneamq, tibi.
Tu tibi grata velis, alijsq, salubria per me
Efficere, ingenij rector & esse mei.
Tu bonus à prima, tu solus origine rectus
Fecisti, & facies, & bona cuncta facis.
Symbolon hoc quoniam mihi, Vir clarissime, tecum
Et commune pjs omnibus esse iuuat:
Assidue tecum votis ardentibus oro,
Ut veluti FACIET, nos Deus IPSE regat.
Rhodopoli. 1583.

PETRVS VINCENTIVS VRAT.
Rector Schol. patr.

Quando graues cura tibi cor, animamq, fatigant,
Vnde petenda animo scis Iacobe quies?
Ipsis Præbentur Scriptura E Fontibus Arma,
Curarum Igniculos Eluitura Tuos.
A primis tollas, à tergo quicquid adheret,
Σύμβολον optatum prima elementa dabunt.
Si tamen hoc magis manifesto in lumine poni:
Ceus solet aurato lucida gemma solo:
Tantum fide Deo, precibusq, tenaciter insta:
Annuet IPSE tibi cœlitus, & FACIET.
1578.

CHRISTOPHOR. PEZELIVS D.

Πάντα σοφῶς πρῶτον τὰ δὲ δὴ μᾶλλον πρῶτον ἔπειτα
 πᾶσι δὲ ὡς γὰρ ἡλὶ πάνσοφον ἐσιθεῖ.
 Fabrianæ Saxon. 1589.

NATHAN CHYTRÆVS.

Omnipotens Deus est, & fallere nescius idem,
 Is faciet dictu congrua quæq, suis.
 Illum tu fidu precibus votisq, fatigans
 Quæ facienda tuo fac sine fraude loco.
 Cetera crede Dei arbitrio, fideiq, paterna:
 Atq, animo exigam fer patiente moram.
 Pro faciet sic mox fecit recte omnia dices,
 Nam sibi fidensem curat amatq, Deus.

IDEM.

Pragmatici faciant homines, cudantq, coquantq,
 Quodlibet, & qua mens irrequieta iubet:
 Non ideo cessator erit Deus ille Deorum,
 Vnicus ille sciens omnia, cuncta videns.
 Is tandem incudi reddet malè cusa malorum,
 Ut petat autorum machina fracta caput.
 Perfer & obdura interea, tacituq, quiesce,
 Intrepidatq, Deum mente fideq, cole.
 IPSE etenim quæ facturum sese omnia dixit
 Pollenti FACIET perficietq, manu.

IDEM.

Rebus in humanis, hoc ut iam viuitur auo,
 Dicta & facta inter discrimen cernitur ingens.
 Pauci etenim ut dictu sint congrua facta laborant:

Esse

Esse satis dixisse rati. Quanto optimus ergo
 Aeternuq, parens, ter maximus ille Iehoua
 Omnibus est potior: qui fallere nescius vllum,
 Et dicet simul & prestat quæ dicta fuere.
 Dicere nam Domini facere est: opponere cui se
 Quis queat? Hoc igitur Domino dum niteris vno,
 Compater ô longè carissime, laudo fidelem
 Constantemq, animum, quem tam pia Symbola produnt:
 DIXIT IS ET FACIET: nec te hac fiducia faller.
 1579. 1582. & 1593.

EIVSDEM

Ἐξερουακρὸν ὑποθυμίας.

Exercitias quid te mea mens? quid turbinis huius
 Tempestatem adeo medijs in fluctibus horres?
 An nescis interq, pros reprobosq, Iehouam
 In pœnis etiam exactè discernere posse?
 An non in diro cataclysmo totius orbis
 Lamechides ampla incolumis servatur in arca?
 An non è Sodoma flammis intactus abiuit
 Lothus? & Aegypti cum pignora prima necaret,
 Angelus ille ultor, nunquid sine clade piorum
 Isacidum euasit soboles? Nilotica tellus
 Cum tota in tenebris sine sole & luce iaceret:
 Num lux clara Dei populo vnquam defuit? imber,
 Grando, tonans fulmen diro cum ardore Canopi
 Terruit indigenas: sed nunquam laesit Ebraum.
 Ipsi etiam bruchi, rana, cynomyia, locusta
 Arboribusq, satiq, Phari gregibusq, nocentes,
 Isacidæ ecquid morsu tetigere vel vno?
 Inspirante Deo siquidem dignoscere norant

Qui

Qui culpe affines essent, panisue tremendis:
 Qui minus, ipsa etiam quando vrbs Solyma perires
 Excidio extremo: numquid non cedere Pellam
 Christicolae iussit Deus, ut Iordanis ad vndas
 Incolumes à clade forent? Est vnus & idem
 Viuus adhuc verusq; parens, summusq; Iehoua:
 Et potius est quod tunc potuit, poteritq; deinceps.
 Velle autem nunquid dubitas? tot signa fauoris
 Dum patrij in Christo nostro fratre atq; patrono
 Adspicu? an iurato etiam diffidere possu,
 Qui mortali homini nutum vel credu ob vnum?
 Da te igitur mea mens placida cordata quieti,
 Et praesens bene disponens committe futura
 Inuictis, mitiq; Deo, qui ut cuncta peregit
 Haecenus egregie, sic & sine fine deinceps
 Ipse facit, facietq; eadem. quid plura requiris?
 Cunctorum dator ille bonus sine fine bonorum est.

IOHANNES GVILIELMVS
 STVCKIVS.

VT velis & facias bona, vult Deus & facit Ipse:
 Quo sine nil potius es velle, nec es facere.
 Tiguri. 1584.

IOANNES IACOBVS GRY-
 NAEVS D.

Ad decus aeternum qua te vas nobile Christi
 In Domini fecit Gratia dia domo:

Hæc

Hæc eadem facit ut studeas te reddere sanctum,
 Vt sibi ut Domini commodus esse queas.
 Atq; ad opus sanctum faciet te rite paratum.
 In te sic fulget gratia vera Dei.

Basileæ. 1593.

FRIDERICVS VVIDEBRA-
 MVS D.

VT factore Deo qua sunt optima sunt,
 Qui bene, quod fecit, fecit & omne facit:
 Sic quoq; cuncta silens Domino facienda relinque,
 Tuq; tuo pariter fac facienda loco.
 Omnia qui fecit rectissima, rectius idem
 Dehinc quod opus facto viderit, hoc faciet.
 Ut quoq; cum populo: Benefecit is omnia: dicas,
 Et nihil infectum, quod facit ille, velis.

Dezij in Chattis. 1578.

ESROMVS RVDIGERVS
 PABERGER.

Quod pietas longi vix discit temporis vsu:
 IPSE FACIT: dicunt hæc duo verba tibi.
 Virge opus, atq; Deo pende, iacta omnia in Ipsum:
 Quod facit, IPSE facit. Quod superest, FACIET.

Euanzizij in Morauis. 1580.

THEO-

THEODOR. ZVINGERS MED.
& PHILOSOPH.

V Ero, potenti, & optimo
Committe Te, Tuasq; omnia,
Qui non petenti se dedit:
An desit ille supplici?

Basileæ 1580.

IOANNES MYLLNER à MVLHAV-
sen Cæf. Consil. & in Regno Bohem.
Secretar.

Dum facis officium, mandato munere fungens
Te fecisse tamen, ne satis esse putes,
Nisi simul et faciat, bene qui facis omnia solus:
Hoc faciente igitur, tu quoq; fac facias.
Sic fecisse tuum factore probabitur isto,
Sic quodcumq; facis, dum facis, IS FACIET.

Pragæ.

NICOLAUS A BURGHAVS
Eq. Sil.

O Felix animi rara virtute Monavi
Te meruè haud fallax spesq; fidesq; beat.
Non tibi presidium placet in mortalibus vllis,
Non in principibus constituisse viris.

A Do-

A Domino pendes: Dominum tu rebus in arctis,
Tu Dominum in latè rebus asylon habes.
Is fecit, facit, & **FACIET** seruire salutis
Aspera siue tua prospera siue tua.
Ipse tibi toto benedicet tempore vita:
Que fundes votis annuet **Ipse** tuum.
Ipsius & perpes durabit munere noster
Et precor ut duret, qui bene cepit, amor.

In Stolzano, 1586.

PETRVS MONAVV: D. AVLÆ
CAES. MED.

Cur mea mens frustra torqueris & anxia vivis?
In Dominum potius respice: & **IS FACIET**.
In te presidij cum non spes vlla sit, omneis
In Dominum curas voluit, & **IS FACIET**.
IS FACIET que tu fieri non posse putabas:
Quamq; putes longè rectius **IS FACIET**.

¶

IDEM.

Tu quodcumq; voles fieri feliciter vnquam
Omnipotens modo fac Factor ut id faciat.
Hic etenim solus, cum nil foret, omnia fecit:
Idem quæ nunc sunt optima, cuncta facit.
Hoc sine nil recte facies: faciesq; iuuante
Omnia: cum iuuat hic non nisi rite iuuat.
Ergo vias cunctas Factori crede potenti
Hactenus ut fecit, sic facit & faciet.

C

IDEM.

I D E M.

הוא יעשו

כל- אשר תחפץ הוא יעשו:
רק אלה שצריך תעשו:

Εἰ πεποίηκε θεός, ποιῆ, ἢ πάντα ποιήσῃ:
καὶ ποιῇ ἡμᾶς ἅτ' αὐτὸ θελήσῃ.

Ipse DEVS facit, & fecit, facietq; deinceps:
Tu modò fac facias: quæ facienda tibi

GD E E der h e x x thut / vnd hat gethan /
Vnd wird es auch noch thun foran:
Allein was dir zuthun gehöret /
Das solt auch thun gang vnbeschwerdt.

כִּי־הוּא יַעֲשֶׂה

pridie Iacobi An. Lxxix.

GEORGIUS à DYHRN EQ. SIL.

TE quoties mordent ingrati scommata mundi:
Te toties releuent carmina Psalmographi.
Illis oblectare, & in his tua gaudia quare,
Ac tibi delitia sint bona iussa Dei.
Si prestaremus, nostre quod functio vite
Posceret, & verbo mens patefacta Dei.
Sufficeret largè patrie indulgentia nobis
Quæ supimus demitis obrinuisse mori.

Qua

Que bona sunt facito, fuge qua mala cuncta videntur,
Tuncq; Deus faciet qua tua cura vider.

At si fors inimica premit, mox aurea mentem

Verba tuam subcant: IPSE DEVS FACIET.

Ex Kardylia D H. 1594.

IOANNES à NOSTICZ Eq. Lusat.

Quod cælum tibi, quod tellus fauet amula, facitor
Id cæli & terra, ceu proficere, facit.

Mens cæli soboles cælo clarissima debet

Munera, quæ decorant religionis opus,

Doctrina decus, & sensum ratione tenacem,

Quem non vis, non lus, non fuget ira Sygû.

Munera sed cæli fert grato carmine tellus:

Europa in laudes sudat anhelata tuas.

Hoc Deus: ut cælo tua mens, laus orbe perennet,

Idem cui seruus IPSE DEVS FACIET.

Ex Strenziano 1590.

VVENCESLAVS à CZEDLICZ.
EQ. SIL.

Nunquam bella pijs, nunquam discrimina desunt:
Nam cum quo pugnent, Demona semper habent.
Has inimicitias inter Satanamq; piosq;
Ipse sua sanxit voce IEHOVA Deus.
Sic tamen ut penes hos duce sit victoria Christo,
Vig. Deum maneat gloria, palma pios.

C 2

Christum

Christus enim fidi benedictum semen Abraba
 Conterit anguineum, vi dominante, caput.
 Illud idem Christi conculcant membra, fideles,
 Vi socia capitis comminuuntq; sui.
 Seuiat ergo Satan, Satana duce seuiat orbis,
 Inuoluat summus ima, profana sacris,
 Infidias neſtat, fraudum volimina verſet,
 Damna paret, cieat bella, pericla ſerat:
 IPSE tamen FACIET Siloh de virgine natus
 Ne qua ſuis noxam, noxia tela ſerant.
 IPSE idem FACIET mala qua nos cunq; fatigens
 Euentus habeant omnia vt illa bonos.
 Non equidem quales ſati mens inſcia poſcit,
 Sed quos Ipfius gloria, noſtra ſalus.
 Perge igitur, Monauē, Deo committere temet,
 IS FACIET tibi qua ſint bona, grata ſibi.
 Perge ſilere Deo: FECIT facietq; quod in rem,
 Omnia qui nouit, nouerit eſſe tuam.

HIERON. VVOLFFIVS.

ΑΥΤΟΣ ΠΟΙΗΣΕΙ ΘΕΟΣ, ὅς τὰ δὲ πάντα ποιήσῃ,
 γῆρ, πόλιν, ἀνθρώπους, ἀγγελικὰς τε χόρας.
 καί σε δὲ δὲ ποιῇ, ἰάκωβε Μονάυιε, σπαντὶ
 ἄξιον, ἡδὲ Θεῷ. τὸ το δὲ ποιεῖ, ἐξῷ.
 εὐχεῶς καθαροῦ καρδίας, μετὰ πίσιθ' ἀγνῆς:
 νέμματα! πειθόμενον πανταγροῖο πατρὸς:
 εὐχαρίην ὄντ' εὐοργεσιῶν ὑπὸρ: ὅς ἐλεήμων
 δῶκε θεός: καὶ ἑτέροις ὄντα βοηθὸν ἄλ.

ΑΥΤΟΣ

ΑΥΤΟΣ ΠΟΙΗΣΕΙ ὁ θεὸς, ὅς αὐτὸν εὐεξῇ
 αὐτὸς ποιήσῃ καὶ σὺν ἁγίοις Θεῷ.

Augustæ Vindēl. 1579.

IOHANN: HENRICVS
HEINZELIVS.

IPSE Deus FACIET, mea mens, quid te agra fatigas?
 Quid facis ab demens? IPSE Deus FACIET.
 Quid facias, queris? aut quo te deniq; veritas?
 Religio quando nulla, nec vlla fides.
 Quando nefas æquum, vis, fas, fraus omnia mista?
 Nil iuris reliquum est, omnia plena doli?
 Quid facias, dicam. Curarum desine, præsens
 Auxilium Deus est, vna salus hominum.
 Parcus est nobis, quicquid dolet ergo dolendum,
 Si sapi, eia age ne sis misera ante diem.
 Viuit, cui sumus & viui & post funera cura,
 Quid faciant homines? Qui FACIET, Deus est.
 Quicquid opus factu est, faciat Deus ipse necessum est,
 Nescimus nobis, mens mea, quid sit opus.
 Ipse Deus solus nouit facienda: nihilq;
 Quod faciendum adeo est, non facit ipse Deus.
 Ergo sit ille tibi semper Deus: Eslo voluntas
 Tecum illi vna eadem, cum illo eadem vna tibi.
 Eia anime, Eia age fide Deo: fiducia nostra
 Solus is est: hominum quando caduca fides.
 Nec frangere, caue: sed fidere, fide, iubenti,
 Quod dixit faciet: dum faciatq; mane.

C 3

Polli.

*Polliciti illi est certa fides : Sis certa salutis
Spes tibi, nec parua sollicitere mora.*

IPSE Deus FACIET : faciet sed tempore iusto
Tempora iusta sciens IPSE Deus FACIET.

Augustæ Vindel.

HENRICVS PORSIVS, S. C. M.
ab Epistolis.

Si facienda facis : facias ut & omnia rectè,
Factoris rerum numen opemq; roges :
Tunc idem facienda probans facienda iuuabit,
IPSE simul FACIET quod tua vota volent,
Aut si vota velint fieri quod forte noceret,
IS FACIET, poteris quod magis esse bono.
Hunc ergo præfige scopum : huc tua dirige facta,
Hac rerum ut factor sine fauente beet.

Viennæ Austr. 1586.

HIERONYM. ARCONATVS
S. C. M. ab Epist. Bell.

Qui suum facit ipse diligenter,
Munus, resq; probè administrat omnes:
Haud externæ opis indigus, meretur
Certè laudem aliquam, potestq; dici
In mortalibus haud parum beatus:
At qui munere diligenter Ipse
Suo fungitur, ipse res & omnes
Solerter facit, in Deo tenacem

(Exemplo

(Exemplo atq; tuo Monaue more)
Seu fors aspera læuiat, sereno
Siue arrideat ore, spem reponens:
Hic non est modo non parum beatus
In mortalibus, ipse sed creator
Et rerum arbiter omnium benignus
Hunc diuina ope seruat ac tuetur.
Quin imo Ipse facit regitq; capta
Eius & faciet Deus regetq;
Donec carcere corporis recluso
Cœlestis anima inferatur inter
Choros, sola ubi, vera & absoluta
Est & semper erit beatitudo.

I D E M.

Qui facienda Deo committit cuncta, nihilq;
Ipse facit, facit huic & Deus ipse nihil.
Tu vero ipse facis facienda Monaue, Deumq;
Cætera facturum spesq; fidesq; tenes.
Hinc adeo facit ipse Deus facietq; quod optas
Perge modo, & solers quod facis vsq; face.

Viennæ Austr. 1591.

IOAN. MATTH. VVACKER D.
S. C. M. Consil. & Episcopi Vratisl.
Cancell.

Parce metu : æthereum nutu qui torquet olympum,
Is faciet : Votis annuet ille tuis.
Annuet, ac tumidus si quando vrgebitur Austris,
Tutus eris dubia portus & aura rati.

C 4

At

At certam humanis qui spem sibi ponit in armis
 Franget in immenso carbasia fluxa mari.
 Vel rapidos Scyllæ si quando effugerit æstus,
 Incidet in scopulos dira Charybdi tuos.
 Scilicet instabili rerum vice nostra laborant,
 Auxilium à superis quod venit omne venit.
 Ergo tuas liber curas concede Tonanti,
 Non alio melior sub duce miles eris.
 Ille ubi languidulos somnus tibi soluerit artus,
 Officium faciet peruigil ipse suum.
 Ille tuos rigido victor pede prouet hostes:
 Et dabit in pradam castra inimica tuam.
 Deniq̃, flexanimo quæcunq̃, rogaueris ore:
 Illa tibi semper vel meliora dabit.

Spiræ Nemetum, 1580.

NICOLAUS REVSNÆ
 RVS I. C.

Q̃uam bene te, vitamq̃, tuam, sortemq̃, Iehouæ
 Committis magno solus arbitrio?
 Ipse facit, faciatq̃, precor, Iacobe, beatus
 Semper ut ex voto quod geris omne geras.
 Facta tibi hic effecta dabit qua mente cupisti
 Si cælestis adest gratia: nil aberit.
 Scilicet hoc te signa monent: tria cornua luna
 Quæ phœbi splendunt irradiata comis.
 Sol est Iustitia Deus vnus in orbe perenni,
 Splendorem lucis qui capis inde capis.

IDEM.

IDEM.

ῥάδια πάντα θεῶν: λεχθέν πεπεσµένον ἔσται:
 αὐτὸς γὰρ ποιῇ ὅτι κέραι αὐτοῦ ἔφα.
 Omne Deo facile est: dictum factum esse putato,
 Ipse Deus satur quod semel, IPSE FACIT.

IDEM

in ANAGRAMMATISM.

IOVA BONVS AMICVS.
 BONVS SVAVI AMICO.

SIS BONVS ò SVAVI, sis suauis amicus AMICO
 Ipse bone: ecquid eris suauius aut melius?
 Sic BONVS ipse tibi sit AMICVS IOVA, Iacobe:
 Ex solido iam sic asse beatus eris.

CHRISTOPHOR. SCHILLINGVS
 MED. D.

Εχθρὸς ἐμοὶ κόσμος, ἢ σάξῃ, ἢ σὺν ἐρεβεννῇ
 οἱ δ' ἐτι γενάμνοι καὶ κατελευσῶν ἐμέ.
 ἅλλ' οὐ μοι πορευθ' φόβος, οὐδ' ἐ μέριμνα φίλον κῆρ
 ὧ πάρος ἀλεξίκακος χεῖρ θεῶν οὐρανῶν.
 ὅς γὰρ ἐμὲ πρὶν ἔκτισε, ἢ νόον ἔθηκεν ὁπίσω
 εἰ τί κεν ἄλλο δέλοιμ', Αἴτοσ' ὃν ἐκτελεσεῖ
 Est inimica mihi caro, mundus, & ater Auernus
 Et me deseruit cum genetrice pater.
 Nec tamen aut timor, aut cura mihi pectora turbant,
 Quem presente Deus protegit ipse manu.
 Nam qui me primum finxit, qui deinde refinxit:
 Si cupiam quid ad hæc: IPSE etiam FACIET.

C S

IDEM.

I D E M.

Θάρομαι ἐμὴ κρᾶσις, ποτὶ κολλῶμαι
 ὅς σε, ὅς τὸ θέλωμαι αὐτὸς ἅπαρ τέλει.

*

Θάρομαι φίλτατε θυμὲ πρὸς οὐρανὸν ἔρῃ
 οὐ τοι πάντα πέλει τ' ἀμὰ θεὸς τέλει.

Lyncij in Austria 1580.

L A M B E R T V S D A N Æ V S.

Quod facis, ut faciam, factum Deus alme secundas
 Namq, opus, ac operis laus tua tota, Pater.
 Nec tamen omne facis quod Ego: Namq, improba mentis
 Consilia, & fraudes & scelus omne meum est.
 Sed quicquid recte facio, facis Ipse: nec vlla est
 Iustitia mihi pars: hoc opus omne tuum est. (dor,
 Quod moueor, Quod sum, Quod sentio, Quodq, recora-
 Quod loquor, aut meditor, tu facis: omne tuum est.
 Te sine nil factum est, non sunt tamen omnia iussu
 Facti tuo: non sunt ergo opus illa tuum.
 Quum premor aduersis rebus, letorue secundis,
 Letitia aut gemitus tu mihi causa mei.
 Ergo animi mihi sint hac laui dextera frena:
 Tu FACIS, ut recolam mente vel ore sonem.
 Ad montes Pyrenæos.

A N D R E A S V V E S V A L V S.

Dura facit res thura Deo: Si dura fatigant
 Offer thura. Sacrum cui facis Is FACIET.
 Budiss. 1590.

G E O R G. C A L A M I N V S.

IPSE, inquit, FACIET, surgis cum mane vel exis:
 Hoc repetis medio, sis vbicunq, die.
 IPSE, inquit, FACIET cubitum cum nocte recedis:
 Dicis idem vires dum tibi somnus alit.
 IPSVM, ut numen amas: IPSI das vota Monui:
 Hoc tibi dum FACIET, spemq, fidemq, facit.
 Non ais illepidè: tamen hoc si corrigis, ornas:
 Prosper eris, cum res dixerit IPSE FACIT.

I D E M.

Quid faciam Ego, quid mens anhelas anxia?
 Fac quod tuus vult IPSE, adora IPSVM tuum.
 Tibi spem dat IPSE: Tu fac IPSI des fidem,
 IPSE FACIET. Nam fecit olim, & nunc facit.
 Si FACIET IS, quid mens anhelas anxia?

I D E M.

Quid pertimescis, dic age, lubricum
 Fatum quid horres, ô anime, orbitâ
 Nonne vsq, transuersum euagatur,
 Præcipiti oraq, mutat orbe?
 Transenna fors hic est hominum: meræ
 Magistra fraudis: fistula & aucupis:
 Utalites, nos hæc sequaci
 Corripit insidiosa visco.
 Ne crede sorti, cede nec improbæ,
 Seu nube cæcum manè tegat diem:
 Vespera seu crudelis umbras
 Tartareis iaculetur antris.
 Tu pelle nubes, pelle procul tuas
 Omnes Dianæ cornua lucidæ

Iam

Iam iam tenebras orta tollent,
 Clarior & Phaëthon redibit.
 Nec, si manent te tristia, quod soles,
 Hæc rēre nullo sic fieri Deo:
 Nec læta fortunæ profanus
 Attribuas nimis impotenti.
 Iehoua fors est vnica præpotens:
 Inclusa metis diua nec est suis
 Virtus: nec vsquàm casu oberrat:
 Omnia liber agit Iehoua.
 Harere cælo sidera, & aspicias
 Pendere nubes æthere: liberum
 Telluris orbem stare: terrâ
 Oceanum super & natære.
 Nonne illa signant artificem Deum?
 Hæc ille finxit, sustinet & fouet
 Te propter: at se propter vnum
 Te sibi condidit, Angelosq̃.
 Vt sitis horum vos operum tuba:
 Sempiterniq̃ Musica numinis.
 Et tu malorum mole fractus,
 O anime, officium relinquo?
 Confide: nullum spes hominem fuit
 Frustrata: iam iam mitis opem pater
 Demittit astris: quem latet nil:
 Afficeret & mora plus salutis.
 Namq̃ Ipse fecit mundi ab origine:
 Facitq̃ cunctis: & FACIET: solo
 Te tolle sursum: & fide dictis
 IPSE: Anime, hoc FACIET quod olim.

IDEM

IDEM AD NICOLAVM RHEDI-
 GERVM de eodem Symbolo.

Nobilissime quæso, Nicolæ
 Rhedingere: quid audio? venustum
 Vsurpas quoq̃ Symbolum Iacobi:
 O magnos & amabiles amicos,
 Et candoris imagines auiti.
 Vnus quod facit, alter ante fecit,
 Aut facit modo. Consonatis ore:
 Vita congruitis: pares habetis
 Pares vos quoq̃, cogitationes.
 Verum hoc teq̃ Monauiumq̃ nostrum
 Oro: me patiamini duorum
 Consortem fieri vocabulorum:
 Quæ mecum repetam frequens, & alto
 Vobiscum ore sonabo vos secutus:
 IPSE, inquam, FACIET: licebit hercle.
 Nam cum fecerit Ipse quod futurum est:
 Sensu lætitiæ pari tenebor:
 Et mî gaudia vestra erunt saluti.
 Ergo spe quoq̃ me frui necessum est,
 Quam vestro mihi Symbolo attulistis.
 Nil moror per amice Nicolæ
 IPSE, inquam, FACIET quod ante fecit.

IDEM.
 in anagramm.

CVM IBO VIAS NOVAS.

*Vita quid misera mens vsta libidine langues?
 Quandoquidem nihil est, sit nisi dulce malum?*

EST

*Est merui hic error, pelagusq; & carcere longo
 Seruitum pateris corporu agra tui.
 Tunc Ego membra nouus, tunc tunc sine labe nitebis
 Diuum sede VIAS CVM semel IBO NOVAS.*

IOANNES CASELIVS D.

Mens mea quid trepidas? quid te male confici? v-
 Nec tamē in dubio spes, verū certa salutis: (na est
 Caetera sunt fraudes, quae te vultu atq; figurā
 Qualia quantaq; sint te talia tantaq; semper
 Noctuagi lemures veluti & tenebrambula Mormo,
 ludificant: non vis hominum, non perfica gaza
 Nec tellus tibi, nec cælum nec quicquid vbiq; est,
 Certam spondet opem: quin si quog; ceu iubar autem
 Exorsitur solus fors exoptata: repente
 Occulit caput, aut tenues tota iuit in auras.
 Scilicet hoc trepidas & te male confici amens?
 Praesidiū satū est, qui nutu concutit orbem,
 Quig; idem moderatur & vrget carcere Parcas:
 Qui mærote, situ, lacrymis & voce precantūm
 Fleclit, & satū statuens contraria fata
 Adspirat nobis quietem & gaudia vite.
 Quare age ne trepides, o mens mea, te male frustra
 Conficiens, vita & rerum secura, sed vno
 Nitere qui fecit quae sunt, FACIETq;: nec vnquam
 Illius angustio quicquam sine numine fiet.

I D E M.

Θυμὸς ἐμοὶ δ' ὕσθυμ', ἐπεὶ γὰρ ἀπαρεσίοισι
 κῆρσιν ἀμικχανίστη, ἧν ἔκθε:σιν ὅλωνται.

σωθεῖς

σωθεῖς δ' αὖθις δεῖ ἴλεω ἐλεήμονι βασιλῇ
 νόσισι μὲν ἐκ δ' ἔνων πολέων ἐνθυμῶ ἰάνθῃ.
 καὶ γὰρ ὅς οἱ κίσις κόσμοιο κυβερνήτης τε
 εἰ μάλ' αὖ μάλ' ἐπισαμψύως πάντ' οἷδε διοικῇ.
 Rostochij 1580.

THOMAS HVBNERVS

Qui quodcunq; facis, peragi feliciter optas,
 Spes tua mixta Deo nō sit, inanis eris,
 At qui consilijsq; Deum sacisq; patronum
 Deligis, & fidens nil tibi, cuncta Deo,
 Illius à bonitate petis sperasq; salutem,
 Fors tibi perniciem nulla creare potest.
 Muneris imposui sed non tamen abijce curam,
 Omnia committens perficienda Deo.
 Is faciet multo, quàm tu optes, rectius, & quàm
 ingenij capiant lumina cæca tui.
 Quod si etiam grauius fati iactare procellis:
 cum iam praesidiū est copia nulla super:
 Nec tum deficias animo: quia sera ferantur
 auxilia: hac aderunt tempore certa suo:
 Euentusq; fidem lato optatoq; beabunt,
 Vnius hoc faciet prouida cura Dei.
 Dextra potens, clemens & fallere nescia. Quicquid
 ergo volas tuto viuere, fide Deo.
 Symbolon id monstrat, pietas quo nota Monaul
 vitur: IPSE Deum cunctipotens FACIET.
 Hoc filum sequere: hac sit agenda regula vite:
 Sic hilari & tristi tempore saluum eris.

I D E M.

I D E M in insignia.

Luna suum veluti Pheba munere lumen
accipit, & clarum spargit in orbe iubar:
Sic domus ornatum à virtute Monavia sumpsit,
qua sine nil veri cuncta decoris habent.
Hoc moniti à priscis patribus meminisse minores
in clypeo luna splendida signa gerunt.
Sed cur luna triplex? Triplici quia luna coruscat
illa domus, triplici nobilitata bono.
Lux prima est pietas. Sapientia proxima, lux est
tertia, & ex istis orta duabus honor.

Berlini March. 1582.

FRIDERICVS SYLBVR-
GIVS.

Γνωμ' ἀποφθεγματικά ηὐ σύμβολα πολλὰ φέροντα
ἀνδρῶν εὐσεβείῃ ἢ σοφείῃ προεχῶν.
Μῶναυθ' δ' αὐτῶν καλῶς σύμβολον εἶλεν:
Αἴτος ποιήσει, φησὶν. ἀγασθὺν ἐπ' αὐτόν.
καὶ γὰρ ἐν δανοῖς παραμυθίῃ αὐτὰ ἀγίσκῃ,
τῷ θεῷ ἐλπίζον μῶναυθ' ἐπ' εὐδοκίῃ
ὥς γὰρ πάντα σοφῶς ὁ θεὸς ποίησεν ὃν ἀρχῇ.
νῦν ἔτι πάντα σοφαῖς ἡνιοχῇ παλάμαις
οὕτως ἢ ἐς ἑπεῖτα σοφαῖς προαπίδεσιν ἀπαντα.
ἰθαυέ, σφετέρων κηδόνων τε κέρων.
οὐδ' ἀέκῃ πατρὸς τῷ ὑψιμέδοντι, ὀλίγων
θρίξ ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ρεύσεται ὑμετέρης.
τοῦνεκ' ὃν πάντες τὰ αὐτῶν ἔργα ποιεῖντας,
δαρσύνει γῆ, πισῶς πανταμέδοντι πάτρι.
Francof. ad Mœnum 1589.

VVOLFG. AMLINGVS.

Q Vis facit, ut sancti medijs scriuentur in vndis?
Nauicula in medio quem vehit, IPSE FACIT.
Quo facit, in mundo superent ut semina verbi?
Atq; greges Christum qui colat? IPSE FACIT.
Quis facit, ut patris quoties pelluntur ab oris
Exsulibus restet nidulus? IPSE FACIT.
Ut freнат in sanctos rabies seuissima mundi,
Reliquias saluas IPSE tamen FACIET.
Carcere grassentur, cruce, flamma, vndiq; Tyranni,
Ne perimant animas: IPSE tamen FACIET.
Seuiat in sanctos tenebrarum dira potestas,
Et Christi damnet membra sacrata neci:
Hostibus extinctis tandem ut bona causa triumphet,
IPSE tamen FACIET, fecit ut, atq; facit.
Finibus excludant orbis pia viscera Christi,
IPSE locum FACIET patris in arce dari.
Cælum nos capiet, cum mundus ferre recusat:
IPSE domo FACIET patris in arce frui.
Regna crepent, orbisq; ruat: superesse fideles
Qui fecit: faciet quod facit ipse tamen.
Inuidia Stygio rumpantur ut ilia Codro,
Nos tamen IS FACIET perpete luce frui.
In Domini gremium curarum effundito molem,
IPSE tibi FACIET mollia dura crucis.
Serbestz apud Ascanios. 1583

IO ANN. ESYCHIVS D.

O Bscutum quando est cælum vndiq; & vndiq; pon-
Iunone irata, sauo Aquilone furit: (tus
D Terri-

Terrificū cum mens trepidat diuisa figurū,
 Et nihil in toto pectore consilij.
 Quid facias? audi Regem vatemq; : Iehoue,
 Ioue omnem curam liquerū : Is FACIET.
 Bremx. 1594.

ANTONIVS FAYVS.

QVī dedit in pulchro pulchrā tibi corpore mentem,
 Et te mirificū ornat amatq; modū:
 Quī clarum clavo te sanguine fecit, honestas
 Et dedit haud cupido, sat tibi largus opes:
 Qui tibi dat Musas nulla non parte fauentes,
 Conciliatq; pios, conciliatq; pijs:
 Ille ratum faciet votum quodcūq; , Monavi,
 Ediderū, tuto sistet & ille loco.
 Ille potens faciet: faciet bonus ille, bonorum
 Aspirans cæptis quæ benè cūq; voles.

G. 1594.

DAVID PAREVS D.

TER conatus eram: ter erat conatus inanis
 Monaue iussū morigeratier tuū:
 Seu mihi quod carmen renuit male cultus Apollo:
 Seu me tuos quod inter sis legi nefas,
 Quicquid erat: vicit ius sollicitantis amici.
 Hanc igitur à me, si placet, cape Symbolam:
 IPSE Deus FACIET: durū res ardua rebus
 Fidere Deo est: sed est salutis anchora.

IPSE

IPSE ergo FACIET: quidni? fecitq; facitq;
 Cuncta IPSE. Sed nostrum etiam est facere, haud
 IPSE etiam FACIET pro nostra cuncta salute (stertere.
 Quia ergo cuncta eius facimus pro gloria?
 Heidelb. 1594. 3. Cal. Ian. natali s.

BARTOLOMEVS PITISCVS.

DVM Leo Tartareū toto discurrit in orbe,
 Et magno innocuas impete carpit oues.
 Dum qui debebant turmas defendere inermes,
 Ipsi hostem flammis, ense, rotūq; iuuant.
 Et quos par fuerat mundi cohibere futores,
 Illi ardent rabidu bella ciere sonū.
 Quid nos imbelles? nec quo fugiamus habemus,
 Nec vi vim tantam pellere posse datur.
 Ergone, mussato vero, rectog; latemus?
 Et premimus sanctæ religionis opus?
 Non ita. pergemus Christo duce pandere verum,
 Et recto ad cælos iramite ferre pedem.
 Is qui ne passer recto cadat efficit, idem
 Pro populo curam non gerat ille suo?
 Quin crepet hic mundus, fremat orcus, & intonet ather:
 Vt bene sit nobis IPSE tamen FACIET.
 1594. Heidelb.

VALENT. THILO D.

SEU rosa vere nouo Paphijs beet amula campū,
 Seu jata Rhipeā grandine tristet biems:
 D 2 Aequo-

*Aequora seu Zephyri nictent pacata sub auris:
 Carbasa seu Cauris Caupolis ista ferat:
 Nubila seu denset, seu rideat aethere Titan:
 Iris humum lustret, fulgure saxa tremant:
 FAC T VA: linque alios: temne orbem: suspice cælū:
 Viue mori certus: fide: DEVS FACIET.
 Apud Lygios. 1595.*

MATTH. MENCELIVS.

*Q*uanta mihi tribuit summi mens prouida patris?
 In me quàm largas prodiga fudit opes?
 Fecit ut Archetypo fierem conformis imago,
 Cum nihil aut glebs portio parua forem.
 Mancipium Satana priscus me fecerat error,
 Ut facerem factus non facienda miser.
 Factorem fecit medium clementia Natum,
 Ut pro me fieret victima factus homo.
 Sic ex hoste Dei sum factus filius: Is, me
 Fecit, ut heredem patris adoptet amor.
 Ut prece compellem facit idem supplice patrem:
 Is ne confundar, patre negante, facit.
 Ne, facit, aduersis desit patientia rebus,
 Quae facit, ut fato durius absit onus.
 Fac, mihi Tentator faciens mala multa, facessat,
 Cum facies vite tempora summa mee.
 Ne sim perpetuus, facies, sine nomine puluū,
 Aemula sed carni surgat imago tua.
 Interea rediuiua meo, fac, robora cordi
 Inserat è patrio corde profectus Amor:

Ut

*Vt Mens Iudicio, Cor Motu, Acluque Voluntas
 A verbo faciat non aliena tuo.*

1586.

IACOBVS FABRICIVS D.

*D*um fiunt mala multa bonis, bona multa malis,
 Et rueret incertâ plurima sorte vides:
 An numen cælo est, inquit, quod sidera cæli
 Dirigat, atq, orbem qui regat, orbe Deus?
 Ne metuas, cuncta ista facit rerum vnicus autor:
 Et quacumq, facit, non nisi rite facit.
 Tollit ad astra malos, ut in imum deprimat altos:
 Sternit humi, ut rursus tollat ad astra bonos.
 Ergo age si qua tibi vel amici iniuria cordi est:
 Vel cruciat pectus cura maligna tuum:
 Vnius in curam Domini committito curam:
 Fide Deo. FACIET quae facienda DEVS.
 Si quocq, vel morbum pateris, si vulnera, plagas,
 Fide Deo: FACIET quae facienda Deus.
 Ille ubi nulla salus, summam facit esse salutem,
 Et vitam media morte redire facit.
 Omnia qui fecit, faciet porro omnia. Contra
 Tu modo fac factis, quod iubet efficias.

Dantisci, 1579.

CASPAR PILCIVS.

*Q*ui dedit & fecit fides ut nobile Christi
 Saluifici membrum iustificante fide.

D 3

Ipse

*Ipse det & faciat, carmen, mundum, Satanamq;
Et mortem vt superes viuificante fide.
Sunt rata vota Dei nutu, praeclare Monachi,
Iam dedisti & fecisti, post dabit & FACIET.*

IDEM.

*Vitam per vniuersam quod tentaueris,
Id omne Deo gubernandum commiseris,
IPSE FACIET: gratum te declaraueris.*
E Scepusio. 1593.

AMANDVS POLANVS D.

*Q*uid mea mens curis te conficit? aspice Christum
Vulnera qui pro te multa, crucemq; tulisti.
Ipse breui faciet, quo crimine liber ab omni
Clementem vultum contueare Dei.
IPSE breui FACIET, quo mundi odijq; malorum
Subductus, caeli gaudia mille feras.

IDEM.

*Qui fecit caelum & pontum, camposq; iacentes,
Et quod in his replet Solis vitamq; domum:
Et qui te fecit dextrâ & virtute potenti,
Cum nondum in matris ventre sinuq; fores:
IPSE etiam FACIET, quo pulsus rebus acerbis
Omnibus in mundo hoc eripiare malis.
IPSE etiam FACIET, quo per discrimina mille
Gaudens aethereas ingrediare domos.*

Basileæ. 1594.

PETRVS

PETRVS TITVS.

*O*Mnia qui primum fecit bona: semper & idem
Is faciet, sicut vt quod facit omne bonum.
Omnia principio vt fecit bene: sic quoq; finem
Is faciet cuncta vt sine habitura bonum.

Bethaniæ Siles. 1587.

IOACHIMVS MEISTERVS

*O*Mnia qui fecit, quæ totus continet orbis,
Et facit: idem olim cuncta bonus FACIET.
Cuncta bonus faciet, melius quàm credere possum,
Augurat aut tacito spes tibi blanda sinu.
Sicq; adeo faciet, nunquam vt mutarier optes,
Esse putes alio nec facienda modo.
Solus metus: mens aqua mane, spem concipe firmam,
Qui facit & fecit cuncta bonus faciet.

LAVRENTIVS LVDOVICVS.

*I*PSE suum FACIET munus seruator Iesu,
Sanguine qui lauit, meq; meosq; suo.
Ipse sub extremi consurgens tempora mundi
Pro populo faciet praelia magna suo.
Ille per innumeras faciet perrumpere turmas
Quas cruciat mentes, Hostis ubiq; piæ.
Ipse piæ faciet mundo illucescere causam,
Ceu Phœbus mediâ fulget in orbe die.
Ipse sui blandâ verbi me voce vocatum
Mox regni faciet lumen in arce sui.
D 4 IDEM,

I D E M.

*Ipse loco, nascens terris, exclusus ab omni
 In cælis faciet omnibus esse locum.
 Ipse famem fessus tolerare, sitimq; coactus
 Multis se fecit millibus ipse cibum.
 Ipse crucem subiens & tristi morte peremptus,
 Extremo faciet surgere quemq; die.
 Certa fides. Nostro faciet in corpore Christus,
 In massâ assumpta quod facit Ipse sua.
 Longa fames victum: Mors vitam: Noxa salutem,
 Hospitium extorris prabet: egenus opem.
 Hac fecit, facit, & faciet, qui cuncta repente
 In formas varias ire redire iubet.*

MARTINVS MYLIVS.

S I te forte premit moles onerosa malorum,
 Et gestas durâ pectora pressa cruce:
 Ne desponde animum, sed contra audentior ito,
 Inq; Deo sit spes curaq; fixa tuo.
 A reliqua qui te cruce saluum hanc fecit in horam,
 IS FACIET ne sit, quæ reliqua est, reliqua.

1580.

I O A C H I M S M I D I V S.

O Mnia qui fecit, quæ vastus continet orbis,
 Omniaq; æterno qui regit arbitrio,
 Inte etiam faciet diuino vt cedat honori
 Quod facit, atq; anima seruiat omne tua.

1582.

MAVRITIVS HELLINGVS.

Q Vicquid in hac recte geritur compagine mundi,
 Recte cuncta gerens hoc Deus IPSE FACIT.
 Vt fieret cælum, starent primordia terra,
 Conditor omnipotens id faciebat opus.
 Humanum genus vt dirâ de morte redemptum
 Viueret in Christo, fecit id omne Deus.
 Vt seruaretur sublimi Ecclesia dextra,
 Nec caderent sancti, hoc fecerat ipse Deus.
 Quis mentes hominum reddet virtutibus auctas
 Flatu confirmans? IPSE Deus FACIET.
 Hanc igitur laudem soli tribuamus oportet,
 Sint bona quæ fecit, quæ facit & faciet.
 Fac Deus, vt si quid faciemus te Duce, id ipsum
 Sancte diuina perficiamus ope.
 Principium, mediumq; & finis rebus adesto:
 Omnia sic fato prosperiore fluent.

Noribergæ. 1588.

LAVRENTIVS DVRNHOFERVS.

Q Vi fecit Deus & sapienter cuncta gubernat,
 Idem hominum cura res vigilante fouet.
 Ergo metu exanimis miror diffidere mentes,
 Cassaq; spe dubio corda furore rapi.
 Non Deus est fatuum, non est sine sensibus excors,
 Nec mundi aduersis casibus ætus hebet:
 Nature Dominus, cunctorum prouidus altor,
 Quos amat haud vnquam deseruisse potest.

D 5

Huius

Hulus pone tuas gremioq, reconde paterno
 Curas, atq, animi scrupula dura tui.
 Sit tibi in hoc vno tua spes, tua vita reposta:
 Crede, nihil dubitans. IPSE etenim FACIET.
 Noribergæ. 1586.

FRIDERICVS LESSOTA
 à STEBLAVV.

GENS electa Deo, Christi gens emta cruore,
 Nobile ab ipsius nomine nomen habens:
 Quid trepidas regumq, minas? populiq, furores?
 Carnificumq, times corde micante manu?
 Nonne idem, qui te tanto dignatus honore est,
 Hac vindex summo iustus ab axe videt?
 IPSE, licet flamma crepitent, ensesq, coruscant,
 Vndiq, vincla licet, flagraq, seu tonent:
 IPSE, inquam, modo ne dubita, tete IPSE pericli
 Ereptum, ut superes incolumis FACIET.
 IPSE tuo tandem mutato in gaudia luctu,
 Illa tibi ut durent perpetuo FACIET,

IOHANNES VOGELIVS.

QVI sine me cæli septemplex extudit orbes,
 Qui sine me sylvas, me sine fecit agros:
 Qui sine me fluuios, sine me qui protulit ignes,
 Qui sine me campos explicat aura tuos:
 Qui sine me mentem, sine me mihi contulit artes,
 Protrahit & vita me sine fila mea:

Cætera

Cætera munifico FACIET quoq, singula nutu,
 Qua sciet ad laudes pondus habere suas.
 Illi igitur committe viam, speraq, fidelis
 Euentus: Votus annuet IPSE tuu.

IDEM.

Cura quid anxiferis cor amara doloribus vrū,
 Dirag, sollicito pectore flamma sedes?
 Quam nescis, Deus ipse viam monstrabit, in illo
 Spes alacri fuerit si modo fixa gradu.
 IPSE, quod illius fidei commiseris, omne
 Qua cupis, effectum sedulitate dabis.

IDEM.

Cur mea tabifica mens anxietate laboras,
 Et curis sudas irrequieta tuis?
 Fatis crede viam, votū spem iunge, quod optas
 Munificus FACIET perficietq, Deus.

M. VVERTEVILLIVS.

IMPius vsq, licet rimetur facta Supremi,
 Censuram arbitrio precipitetq, suo:
 Iam cælum scandat: mox dein delapsus ad ima
 Inferna videat tristia regna stygi.
 Querat cur facta hæc, aut illa infecta per orbem
 Hoc illa, hæc illo cur variata modo.
 Non fecisse sat est? quaris, cur fecit? at ista
 Sic voluisse docet pagina sacra Deum.

Iudic

*Iudicium cohibe: Domino mens subfit: ut illa
Quaq, velit faciat: qua faciatq, velit.*

SEBASTIANVS AMBROSIVS.

Fidere rite Deo magnum est: ab origine prima
Arbitrio fecit qui bona cuncta suo.

Si qua etiam bona sunt nostro quod degimus aeo,

IPSE boni solus fons & origo FACIT.

Deniq, venturo speramus qua bona seculo,

IPSE vnus FACIET pro bonitate sua.

Ah valeant & opes & inania gaudia mundi:

Felix qui didicit fidere rite DEO.

G D E trawen vber alle ding /

Sol man nicht achten für gering /

Denn was je guttes ward vollbracht /

Von Anfang / das hat Er gemacht.

Ist etwas guts zu vnser Zeit /

Mache Ers allein aus glüttigete.

Was wir guts waren im andern Leben /

Das wil Er machen vnd Vns geben.

Die Welt auff Geldt vnd Gut mag bawen /

Wol dem / der recht kan auff Gott trawen.

I D E M.

Omnia que mala sunt, faciunt Satanas, caro, mundus:

Omnia que bona sunt sed facit Ipse Deus,

Iure igitur dilecte Deoq, pijsq, Monauì

Illi te credis, qui bene cuncta facit.

Ille vnus quoniam facit, à te spernere perge

Omnia que possunt nil, male ni, facere.

E Scepulio. 1594.

IOANNES MYLIVS.

Qui facit ut multis pia mundo Ecclesia semper
Exerceatur casibus:

Is facit, ut tandem superatus casibus illa

Sublimius ferat decus.

Si confecta tibi vis reddi vota, salutem

Pressus dolore si petis:

Arbitrio Domini te crede vnus, & IPSE

FACIET salutis compotem.

E Scepulio. 1594.

SERAPHINVS GOSNOVI-

C I V S.

וַיַּעַשׂ לַמּוֹת תְּשִׁיחָתִי

וַיַּחֲמִי עָלַי רוּחִי:

בִּיחֻת לֹא יִמּוּט חֹקְךָ

חֹקְךָ לֹא הָיָא יַעֲשֶׂה:

μή τις ἐμοὶ παρέχῃ τε κόπῃς δακρυοὶ τε ὀίλον κῆς,
αὐτοῦ ὁ ὢν πρηνὴς ἀγαθῶν μετέπειτα ποιῆσει.

Cuncta qui fecit, facit & tuetur,

Solus immensus, bonus atq, Verax,

Hic potens nobis FACIET deinceps

IPSE benignè.

Leutschouix. 1593.

S Y L V E -

SYLVESTER STIRIVS
LEOVALL.

Seu mihi lata cadant: seu sint contraria votis:
Versat ut instabiles fors male fida vices:
IPSE tamen FACIET Deus, ut quacunq; mihi fors,
Illa sit ipsa meo sitq; futura bono.

Es fall mir für Lieb oder Leidt!
Wie die sich wechseln hie in Zeit:
Wirds doch Gott schicken vnd versehen!
Das mirß zu best alls muß geschheh.

IDEM.

*Fecit ut in lucem perituri nasceretur orbis:
Atq; facit vita gignat ut vsq; noue:
IPSE Deus FACIET, cæli quoq; scriptus ut hares
Possideam summi gaudia vera boni.*

Gott hat mich auff die Welt geführt:
Zum Kinde er mich ihm new gebiert:
Er wird auch gebn das ich desgleich!
Endlich ererb sein Himmelreich.

IDEM.

*Qui solus rerum decus est columenq; mearum,
Sub cuius fortis stantq; videntq; manu.
Ipse licet magnus de me desperet hic orbis,
Ut fruatur optatū IPSE Deus FACIET.*

Gott ist mein Trost! mein Zierdt: dem ich
Allein hab vntergeben mich!

Wie

Wie groß auch möchten sein gefahrn/
So täglich können widerfahrn/
Wird Er doch endlich metns begehren
Noch seim gefallen mich wol gewehr.

Egræ. 1584.

PETRVS STRVB. D.

Symbolon è sacru quod gestas ore, Monavi:
Ipse quidem faciet, fecit ut ante Deus:
Symbolon est fidei, qua Christum firma prahendens
Anchora sub dubijs est tibi fida malis.
Nam monet, omnipotens cum fecerit omnia verbo,
Quæ passim gremio totus hic orbis habet:
Esse nihil quod non illius dextera possit
Vel solo nutu, si velit ille, suo.
Vtq; semel tulit auxilium, sic deinde daturum
Id quoties hominis resq; fidesq; petunt.
Quod quia credenti tecum sub corde volutas,
Ipsa Deus faciet qua tibi facta voles.

ANDREAS VVENSELVS D.

Avrea qua faciat felicem regula vitam
Symbolon ostendit Docte Monave tuum.
Hoc monet ut facias bene quod facis: acta supremi
Ornet ut euentu Numinis aura bono.
Commenda Domino tua facta, viamq; salutis,
IPSE Deus FACIET cætera: Crede Deo.
Crede

Crede Deo: facias facienda fideliter, ora
 Ceu facis vt facias quod facis omne Deo.

PETRVS CALAMINVS D.

Ingenium ferme ac mores, vitamq; recludunt
 Cuiusq;: hinc nomen symbola nata suum.
 Ergo sit ignarus, qui sis Iacobe Monau:
 Gnarus erit, noscens IPSE tuum FACIET.
 Principio radios spargit, clareq; resulget
 Vera tibi veri numinis agnitio.

IPSE etenim quisnam est? Annon Deus ille, super
 Est omnis moles deuoluenda pijs? (quem
 Se genitore satum qui mundo misit, & à quo
 Ac nato existit spiritus ille sacer.

Ille igitur trinus personis, numine solus:
 Ille, inquam, est IPSVS quem tua verba notant.
 Fulcrum hoc Virtutum est: quo cum coniurat amice,
 Noscere, quid valeat prouida cura Dei.

Longa hic ambages, & rerum turbidus ordo,
 Multos dum hinc atq; hinc deuius error agit.
 Sed ratio, verbumq; docet, dictoq; fateris:
 Iniussu & sine vi, nil fieri vsq; Dei.

Nam quid hic IPSE tuus? de hoc quid cognoscier
 IPSO

Intendus? FACIET, clare Monaue, refers.
 Dum: FACIET: dicis, simul & fecisse fateris
 Hunc IPSVM, facere & tempore perpetuo.
 Et sanè Is semper faciet, fecitq; facitq;
 Qui sine principio est, qui sine fine manet.

Verum

Verum age, quid faciet? quaso hac edisere nobis:

Nam faciens aliquid quod facit omnis habet.

Nempe sui populi, cuncta ratione, salutem

Efficit, procul hinc noxia quaq; fugans.

Hoc igitur statuis facturum? hoc pectore credis?

Es statuo & credo non dubitante fide.

Ergo etiam hoc ipsum semper fecisse putabis,

Et facere hoc statues non dubitante fide.

Namq; noui nihil est illi, nec discrepat à se,

Quod voluit iam vult, semper idemq; voluit.

Nec quidquam illi tempore abest: praesentia cuncta:

Sunt momenti instar secula cuncta Deo.

Ergo suum catum iam tum tenditq; fouetq;

Nulla poli cumpars, vlla nec orbis erat.

Iam inde etiam reliquum omne genus, quod terra polusq;

Continet, arbitrijs ordinat Ipse suis.

Ordine destitui nobis permulta videntur:

Vt culpa & poena quae mala nomen habent.

Ordine & illa carent, vera ratione sed ista:

Si statum primum, si sacra iussa vides.

Interea aspicias tenebris producere lucem

Qui valet: En fuerint ordine cuncta bono.

Res vna atq; eadem est: ratio sed formaq; duplex:

Vna caret vitijs: altera habet vitia.

Res caret vi vitijs: pendet summoq; bonoq;

Omnis qui solus fons & origo boni est.

Res habet vi vitia: hac authores Damona, & eius

Auspicijs ductos arguit ipsa suos.

Sic igitur ratione boni, mala cuncta per orbem

Scriptura autorem dicit habere Deum.

E

Sicq;

Sicq, Deus ratione mali, mala pernegat ex se
 Esse: Vnum haud vna sub ratione notans.
 Sic scelere absoluit doctos: etiam mala summo
 Qui tribuunt: faciuntq, sub ratione boni.
 Ex vera agnitione Dei, curaq, paterna
 Illius exurgit qua beat vna fides.
 Hec quoq, resplendet clare duo verba tuenti
 Mirificq, in te, docte Monae, micat.
 Namq, Deum in Nato rerum & moderamine cernens
 Huic soli innixus pectora firma gerit.
 Seu mare terra fuget, mare terram seu tegat ipsa,
 Seu ruat immensi machina vasta poli
 Anchora Christi adum est firmissima rebus in arctis
 Spes fidei soror, Spes fideiq, comes.
 Has sanctum flamen genuit, promissio vtramq,
 Pectoris in sancti dia sinu peperit.
 Viraq, nixa fauore Dei, superabit amarum
 Quodcumq, aduersans orbis & orci habet.
 Spe tamen ipsa fides distat, namq, illa futurum
 Aspicit: hac praesens cernit habetq, bonum.
 Quippe si les credit se iam cura esse Tonanti
 Spes ei dem statuit se fore perpetuū.
 Ergo fidem cunctam fundo conuellit ab imo
 Qui putat excidier posse fauore Dei
 Nec quisquam credit, se iam cura esse parenti
 Qui non est certus se fore perpetuo
 Namq, noui in Domino nihil est: nihil is variatur,
 Quod iam vult, voluit semper, & vsq, volet.
 Vnquam nec poterit, tibi patre data agmina quisquam,
 Extorquere tua, prouide Christe, manu.

Vnquam

Vnquam ab amore Dei nec quicquam auulserit illum,
 Qui semel ob gnatum dignus amore fuit.
 Hoc quoq, de te ipso credens, speransq, Monae,
 Tam crebro ingeminas IPSE tuum FACIET.
 Atq, ideo redamas Dominum facilemq, bonumq,
 Immerito qui te fouit amore prior.
 Omne nefas refugis, metuens offendere sanctum
 Tam benè qui voluit, vultuq, voletq, tibi.
 Nec facis vt multi. Viuam securus in auum
 frena malis laxans, dum mihi certa salus.
 Quin potius dum certa salus, mage prendere certam
 Conaris? FACIET te faciente Deu,
 Nil vnquam deerit. Magis hoc pia numina poscis
 Poscendo precibus numina, nil deerit.
 Cumq, scias IPSVM facere & fecisse quod optas,
 Ipsi accepta refert pectore & ore pio.
 Aspera site vrgent: morbus damnumue molestum est
 fratres bella pios exiliumq, premit.
 Ipse facit dicu, bona qui quoq, plurima fecit
 Ergo recusemus cur mala pauca pati?
 Ipse facit, qui hac ipsa facit ratione bonorum,
 Ergo bono quisquam tristior esse volet?
 Ipse facit: tandem FACIET qui complementum
 Capti operis, quando ducet ad astra pios.
 Interea carnem expurgat, Christosq, per orbem
 Conformes reddit: spemq, fidemq, probat.
 Ac nimum addictos huic mundo, reddit anhelos
 alterius vite, preparat atq, polo.
 Nam per tot casus, per tot discrimina rerum
 Tendimus in caelos, Est vbi parva quies.

E 2

Hac

*Hac animo voluens duras: rebusq; secundis
Te seruas, superas mille pericula Mali.
Neu longum faciam: latuit sapientia vera
& pietas tota, hoc IPSE tuo FACIET.
Quod tibi cum mirè placeat: sensuq; piorum
assidue id trahet mens tua, lingua, manus:
Quis dubitet, quin sis verè sapiensq; piusq;
Et sapiens te omni iure amat atq; pius?
Qui facit vt placeat tibi quod facit: Is faciat tu
Quod placeat facias. IPSE, refert, FACIET.*

Finis Libelli Primi.

Psal. CIII. vers. 2.

BENEDIC ANIMA MEA
DOMINO: ET NOLI OBLI-
VISCI EORVM OMNIVM
QVÆ BENE FECIT TIBI.

AMI-

AMICIS,
QVORVM NOMINA IN
HIS LIBELLIS LEGVN-
TVR, ADHVC SVPER-
STITIBVS.

S. D.



Os animæ illustres: Vos cœli pigno-
ra: Mundi
Sydera: Vos animo nomina cara
meo:

Alloquor: & quoniam hæc sola est mihi copia,
reddo

Illepidos lepidis pro numeris numeros.
Symbolon hoc nostrum certatim hinc indiç
vobis

Ornare aureolo carmine cura fuit.
Quod pietas, quod cœlestis commendat origo
Gratius id vestro nomine semper erit.
Viuite fœlices: & quo cepistis amore
Me colite: Ipse pari vos quoq; honore colã.
At te summe parens, vno simul ore precamur
Dum bona cuncta facis, quod facis, vt facias.

F. M.


LIBELLVS CAR-
MINVM SECVNDVS.



PSAL. LXXXIII. vers. 5.

BEATI QVI HABI-
TANT IN DOMO TVA
DOMINE: QVONIAM
IN SECVLA SECVLO-
RVM LAVDABVNT TE.

NOBIL. ET
OMNI VIRTVTVM
GENERE PRAESTANTIS-
SIMO VIRO D. GREGORIO
TRIBELL. CVRANTI VENAS
METALL. SMELNIC. &c.
SCEPVSI.

 Ecundam huius libelli
partem ad te mitto, Vir opti-
me & integerrime: non quod
existimem me vel hac vel simili qua-
piam ratione satisfacere posse multis &
magnis beneficijs tuis: quæ & in meipsum
& propter me in alios etiam contulisti:
aut quasi ex hac compellatione mea possit
aliquid splendoris accedere nomini tuo:
quod per se amplissimum est, & optimo
cuiq; commendatissimum: Sed ut quan-
ti te iure meritoq; faciam: & quàm
multa tibi tum debeam: tum etiam de-
bere

bere velim, significatione quidem, non
admodum illa nimis illustri, veruntamen
ad externos etiam nonnullos, ut autumo,
& ad ipsam, ut spero, posteritatem per-
uentura, & memoris atq; grati animi mei
teste futura declararem. Peto igitur à
te magnopere: ut quicquid huius est: sic
à me habere, ut soles omnia nostra acci-
pere, Tuamq; mihi perspectissimam bene-
uolentiam deinceps etiam conservare ve-
lis: sicut Ego publica ista voce, multis
modus & obligatum me tibi fateor, & de-
uinctum fore polliceor. ὅφρ' ἂν ἔγωγε ζωοῖσιν
μετέω, καὶ μὴ εἶλα γέναι ὁρώσθ'. Atq; vi-
nam & tua, & unici Filij tui causa &
nomine tuorum omnium nonnihil quod &
vestris vsibus inseruiat, & vobis à me
gratum accidat, prestari queat. Habetis
me certè & habebitis etiam deinceps pro
virib. paratissimum & promptissimum.
De argumento istius opusculi non est ut
E s mul-

multum faciam verborum. Est tibi notum Symbolum nostrum, quod mihi sumpsi & per tot annos habeo tanquam Canonem fidei, normam spei, directorium, ut sic dicam, precum, atque exinde etiam regulam vitæ, tum etiam pharetram telorum, consilij & consolationis & quotidianam de multorum virtutum officijs monitricem. Gesto illud in pectore meo, & cum memor mea miseria, tum fretus diuina misericordia, crebris ad Deum & homines sermonibus usurpo: meique votis, suspirijs, consultationibus & meditationibus misceo. Scio idem hoc scitum & scutum meum etiam tibi solere esse familiare: Nam & in literis & sermonibus tuis saepe illius mentio. Vides id variè tractatum à varijs: neque tamen adhuc exhaustam, imò nunquam exhauriendam quæ in duobus istius oraculi verbis laet sapientiam prorsus infinitam. Rogo te,

te, vir optime & integerrime, ut hanc exiguam meam in te sinceram & constantem fidei & obseruantiam significationem tibi gratam esse patiaris: & tuam beneuolentiam, qua hactenus fuisti in me & meos usus, deinceps etiam nobis conseruare velis. Quod ut planè futurum esse non dubito: ita non volo pluribus verbis à te contendere. Non libet nunc in campos laudum tuarum ex patiari: non quod non merearis, cum de te nihil tam magnificè dici possit, ut id non superet tua pietas, sapientia, doctrina, humanitas, beneficentia, & reliquæ tuæ virtutes multæ & magnæ, sed quia & mihi nimis vile videtur pro benefactis sola verba reponere: & te virum grauissimum & moderatissimum, scio potius animo recte iudicantium quàm quouis laudantium clamore commendari, & cum sis vera gloria studiosus, esse bonum quàm videri malle.

Bene

Bene & feliciter vale, vir praestantissime, patrone amicissime, & compater plurimum honorande. Dominus Deus noster te & tuos seruet, & memor quidem sua infinita & aeterna misericordiae: oblitus vero nostrorum magnorum & multorum peccatorum, tum istuc vos protegat contra vim & rabiem hostis immanissimi, tum eundem crucibus nostris imminentem potenter & clementer repellat: ad sancti nominis sui gloriam, & propter eum atque Ecclesiae postremorum mundi temporum solatium. Iterum iterumque vale, vir optime & integerrime: dulce decus meum: & una cum tuis salve à meis, praesertim à Friderico meo, qui etiam tuus est. Sit nobiscum gratia Domini Dei nostri: & sit ille nostri memor in bonum. Perscr. M. Ianuario, Anno 1595.

I. M.

LIBELLVS II.

IN IACOBI MONAVII

SYMBOLVM

IPSE FACIET.

Tetrastichon Theolog. ex tempore,

Humano generi imperium terrarum, mariumque,
Cesserat omnisator tradideratque, Paier.
Propositum hoc temerare studet sapientia fallax,
Atque opus indignum solvere consilijs,
Inuentus tamen illa suis ita luditur, ut quos
Noluerat reges, sentiat esse Deos.
Nam quidquid bonus IPSE parens decreuerit, auctum
Hostibus inuitis, denique PERFICIET.

Symboli compendium plenum utriusque testamento
argumentum cogit.

Ben. Arias Montanus mea manu &c.

I D E M.

Qui fecit quaecumque vides, quae intelligis, Idem
Inte cuncta etiam, si sapi, efficit.

E Cœnobio S. LAURENTII regio
apud Hispanos 1585.

IOSEPHVS IVLII CÆS. F.

SCALIGER.

Commen-

Commenda moderata Deo tua vota supremo
Intrepidus. FACIET quod petis IPSE tibi
Omnia qui fecit, faciat tua vota, Monai,
Acceleret votis & tua vota tuis.

Auarici Biturigum 1584.

IVSTI LIPSII in Symbolum siue sci-
tum IAC. MONAVVI pægma.

Fide Deo, dixit vates sacer: ite profani:
Quo labor & cura? Solus enim IS FACIET,
Aliud.

Nec satagas, nec lentus agas, tibi quidquid agetur:

Cura Deo exosa est nulla, sed & nimia.

Nec gnavos plane ignavosq; suos cupit: ergo

Nec nil nec nimium si facis IS FACIET.

IN GENTIS EIVSDEM
INSIGNIA.

Quid vult Luna sibi triplex Monai
Vestra insignia prisca gentis? An quod
Vt calo tenebras Dea alma pellit,
Sic terris tua stirps? Quis id negabit
Cui VIRTUS, PIETAS FIDES MONAVI
Nota est? Iure triplex tibi ergo Luna,
Quem triplex super astra fama tollit.

Lugduni Batavor. 1582.

IANVS DOVSA NORD.
PATER.

Multa

Multa mouens, solitoq; minans grauiora Monai,
In tibi soluendo nomine totus eram.

Cum mihi mox Batavam vellens Vulcanius aurem

IPSE (inquit) FACIET, qui bona cuncta facit,
Ille quidem bona cuncta facit: sed gratia nondum
Vel de tantillo carmine facta mihi.

Carminis, quo te, deſte Monai, & Symbola poſſem
Exornare, tua pars quota amicitia?

Et modo tot lapſi menſes, tamen ipſe ſupinus

Tricor adhuc, nam quid (dic mihi) agam potius?

An iuuet irato neruos contendere Phæbo?

Pugnare at Diuis difficile eſt hominem.

An ſatius tua ſeſtantem veſtigia, latuis

Exploſis, vni vota ſacrare Deo?

Omnia qui vaſti fabricatus corpora mundi,

Quiq; animam nobis indidit atq; animum.

Sic ego ſim: me mi Bacchi amplius origa cura,

Aut Aganippæ ferre pedem choreis.

Quin procul a nobis, procul hac nugalia, voce

Quippe tua monitus: IPSE Deus FACIET.

Quam ſecurus Ego toto dum pectore mecum

Ruminor, & votis blandior ipſe meus:

Hei, quàm pene poetandi ſenſum abſtulit omnem

Leithæo manans gurgite lympa mihi?

Et totam potui ſtyga depleuiſſe videri,

Tantus in effæto pectore torpor erat.

Iſt aliquid reuocare gradum poſt damna; veterni

Vix tandem noſtri longa miſerta dies

Alle mihi, me Muſis (caris ANTE OMNIA MVſIS)

Reddidit, Ortelio ſubſciente facem,

Muſis;

Musis, qui pastus suauissimus est animorum:
 Non hu, quas Macari filia carminibus
 Et cythara eruditæ patrem lenire furentem:
 Emtas captiua conditione sibi:
 Sed quas credibile est sanctis dictasse Sibyllis
 Et docuisse sacros, an didicisse modos?
 Credibile est Solyma Regem, dum nablia tendit,
 Vltori laudes praeuuisse Ioua,
 Concussum furibunda alino præcordia motu:
 Quem Deus ipse pijs mentibus insinuat.
 Gratia magna tibi: tu nos vigilare Monaui,
 Tu facis, ut vacuo non vacet esse mihi.
 Hoc etiam acceptum sic fers memor omne Tonanti,
 In partem tribuas ut nihil Ipse tibi.
 Maeste. hoc ad Genium sapere est, restiq, boniq,
 Scilicet ut dicas: IPSE Deus. FACIET.
 Maeste Fide, quam rarus habet. Sic itur ad astra.
 IPSE manu ducet, IPSE viam FACIET.
 Fide Deo, diffise tibi: Deus omnia. quid tu?
 Carnea de fragili massa coacta luto.
 Felix auctoris Genio tamen, & bene nate
 O homo, spes vni si tua nixa Deo,
 Et bona nota tibi fuerint tua. fide Parenti:
 Pessum opus hic dextra non sinet ire sua.
 Terrigenas contemne IO VES: nec enim bene homullis
 Creditur: in caelo, quod petis inuenies.
 Vna salus Deus est, neq, opes aliunde petenda:
 IPSE bonam tibi vitam, IPSE viam FACIET.
 Nec spem destituet, modo ne spes destituat te:
 Sed cur destituat vas vbi Christus adest?

Vas

Vas noster, nec falli vnquam, nec fallere factus:
 Ille, ille humani vindicia generis.
 De Deo homo, nostra quo succidanea culpa
 Hostia, priua IPSVS morte satius—FACERET.
 Scilicet antiqua, quo nos contagio levaret,
 Sanguineq, elueret crimina nostra suo.
 Ille satisfecit: reliqua hinc curatio nostra est,
 Simus ut officij quicq, sui memores:
 Neue ex parte sua sibi met quis desit, ut omnes
 Coelesti gratos nos faciamus hero.
 Exitus in Christo est. FACIENTES ADIVVAT IPSE
 Adiuuat, & frustra non sinit esse suos. (PSVS.)
 Tu tantum faciunda tibi fac sedulo, & vrge
 Qua tua sunt: IPSI cetera linque Deo.

EIVSDEM AD EVNDEM EPIGRAMMA.

IPSE (inquis) FACIET. fateor, sed nos quoq, nostrum
 In partem par est officium facere.
 Scilicet ut mente huic potius quam thure litemus,
 Et fidei in nobis viua opera eniteant.
 Cetera linque Deo. FACIENTES ADIVVAT ILLE,
 Fide: opera parcus non eris ipse sua.
 At si vnctus cesses, & contemplare lacunar,
 Nequicquam votis athera sollicites.
 Expertus dico: nam quam diu asymbolus, exsors,
 Inter tot vatum nomina solus Ego?
 Haud aliam ob causam, quam quod mentemq, manusq,
 Ipse adhibere operi non prius instituerim.
 Qui simul ac plectrumq, fidesq, exposcere cæpi,
 Proq, nouem vnus Numinus auxilium,

F

Proti-

Protinus impulsis sonuerunt carmina nervi,
 Venit & ad partes sponte Elegia suas.
 Sera quidem hæc (fateor) rudis, aspra, incondita, biulca,
 Reg, magis, dictis quam placitura tibi:
 Sed quæ Christiados aura vndig, spiret amores,
 Ne cælo exceptam, non præeunte scias.
 I nunc, nec nisi καὶ Deo aude accepta referre:
 Audloremq, malis hunc vllius esse nega.

1583.

Bonaventura Vulcanius
 Abrahamo Ortelio V. Cl.

S Per aras doctus, cari tibi, Doufa, Monauit
 A symbolus ne prateriret Symbolum,
 Plurima quod paucis celat mysteris verbis
 IPSE FACIET, magno pijs solatio?
 Haud metus, Ortel, est: Neg, enim omnes inter amicos
 Fidei data Doufa vllus est tenacior.
 Ingratum tibi sed, vice quod plus simplice scripsi,
 Ipse faciet, parum ratu successibus.
 At nunc non FACIET, sed FECIT scribo, Monauit ve
 Perrenne sit nomen, perenne Symbolum.
 Testantur numeri: quis quos ornauerit ille,
 Numero beatum fama & astris inserit.

IANVS DOVZA, N. FILIVS.

Quid dubitas facienda Deo committere, qui te
 Fecit vt hoc faceres quod agi, faciente sed ipso.
 IPSE

IPSE viam FACIENS aditum tibi fecit ad astra:
 Vtq, homo, quod fuerat, fieret, quod non erat ipse,
 Factus homo est. Tu fac quod te facere ille cupiuit.
 Cuius velle agere est, cuiusq, est actio scire.
 FAC, quodcumq, in te FACIT IS, bona qui omnia FE-
 Sic etiam sine te FACIET, quod facturus, IPSE. (CIT.

1594.

ABRAHAMVS ORTELIVS.
 COSM. REG.

Non opus, vt satagas de multu, cave Monauit,
 IPSE Deus FACIET, qua tibi facta cupis.
 Tu tantum patere, & Domino te da faciendum,
 Illius ad sacros asideasq, pedes:
 Ac adhibe pronas eius sermonibus aures:
 Sit erit à te pars optima lecta tibi.
 Non opus, vt satagas de multu: EST OPVS VNO,
 Idq, tibi FACIET iam Deus IPSE libens.

Antverpiæ. 1593.

IACOBVS COLIVS ORTE-
 LIANVS.

Arma quid impatiens, mores, & tempora damnas?
 Cur fremis in morbos? & mala cuncta vocas?
 Qui regis hac bonus est: tantum ne tu malus eslo,
 Vt bene cuncta cadant, IPSE, tibi, FACIET.

F 2

Idem

Idem in Symbolum & nominis anagramm.

*Quis FACIET? IOVA. Quis? quibus est BONVS
IPSVS AMICVS.*

Ipse quid huius faciet? Quae facit IPSVS amor.

Londini. 1594.

**Q. SEPTIMIUS FLORENS
CHRISTIANVS.**

Qui venturi etiam nomen sero nobile Christi
(Quamquam implere actis res operosa nimis)
Gratuler hoc equidem te symbolum amare, Monai:

Ecquid enim sanctè verius esse potest?

Aspice ut humanis hodie conatibus orbis

Concutitur, Francos Troica fata premunt.

Vilescit nunc spreta fides, Virescit iniquum

Iam Satana virius, Quin opera ipsa Dei

Imperfecta iacent, sed solus & vnus & IPSE

PERFICIET quae non perficienda viri.

Perfici eni prope abest, merito tremor arguit orbis:

Nam Laurus Phæbo si veniente tremis,

Bacchantibus, Sibylle antrum olim immane remugit,

Donec sortilega carmina fauce canit:

Non mirum est terrarum misceri funditus omnes,

Turbantibus orbem mox veniente Deo.

Lutetiae Parisiorum. Anno post Regem

Messiam natum 1585.

HVGQ FAVOLINVS D.

Optimus

Optimus est custos promissi fœderis IPSE,
Qui regit arbitrio cuncta creata, Deus.

Et rerum solers inuestigator & orbis

Vna salus, sine quo non venit vlla salus.

Ipse facit, secit quondam, facietq, futuro

Tempore, si gerimus pectora plena fide.

Nam robur, requies, nostra spes vna salutis,

Ipse Deus per quem Mors quoq, victa fuit.

Cælorum terrarq, potens sine fine venusto,

Quo primum cepit, ordine cuncta regit.

Atq, hac donec erit cælorum & machina terra,

Ipse suo praesens numine semper erit.

Et tua durabunt doctus ornata Camenis

Symbola, dum FACIET nostra, Monae, Deus.

Antvverpiæ. 1584.

IANVS GVLIELMIVS Lubec.

Frustra solliciti, mortales, parcite curis,
Nam FACIET certe quod volet IPSE Deus.
Hoc animo scriptum retines sapiente, Monai,
Et retine. fac nos velle quod ille facit.

IDEM.

Quò ruitis curis miseri, cassoq, labore?

In summum satius spem posuisse Deum.

IPSE Deus FACIET, Monai sapientia clamat.

Inuito frustra est cura laborq, Deo.

IDEM.

IPSVS AIT, solitos scio dicere Pythagoræos

Tu, Monai, quanto rectius? IPSVS AGËT.

F 3

Fallere

*Fallere Pythagoras potuit homo: Regula veri
Christus quicquid ait consere, certus aget.*

I D E M.

*Esto tuis studijs Deus vnicus, vnica meta
Quod cupi effectum, si volet, ille dabit.
Seu gaudes felix, metuens sis illum. haud te
Tu fortunatum, solus at ille facit.
Siue doles crepero rerum in discrimine, fide:
Si pius es pro te nam facit ipse Deus.*

Hoc quoniam sedit penita tibi mente Monauit:

IPSE, tibi aeternum quæ bene sit, FACIET.

Coloniz Agripp. 1584.

BO'NAVENTVRA VVLCANIVS.

*Μονάβι ἢ σωετῶς τόδε σύμβολον ἄτρεκες εἰ-
πέθε θεῶ, ἢ αὐτὸς πάντ᾽ αὐτοῖς ἐκτελέσῃ. (λες,
οὐδὲρ ὃν ἀνθρώποις βέβαιον μάλ', ἀτέλεσα δὲ πάντα:
μεῶναι ἐπαγγελίαι ἐμπεδοὶ εἰσὶ θεῶ.
ἐν τῷ εἶφα, κρατῆρ' τε τὸ πᾶν τεκτῶντο μύθῳ
καὶ κρατῆρ' φρουρεῖ εὐσεβείας παλάμη
τοῦνεκα σεβροτάτην πυκινὰς φρεσὶν ἐλπίδα βόσκεις
σύμβολῳ εὐχόμεν' : Αἴτοσ' αὖ' ἐκτελέσει.*

Lugd. Bat. 1582.

IOANNES VIVIANVS VALENCIN.

*Q*ui tibi, qui patri, priscaq, ab origine genti
A sacra nomen ferre dedisti Monade:

Na

Ne dedit ille quidem: sed nulla est gratia vt auri,

Obscuri terra dum latet in gremio:

Sic tibi sic alijs nec erat cognominis vsus,

Ni perscrutando Musa praisset iter.

Quod facile vt posses, oblata est tessera in aure

Quæ tibi purgata dum sonat assiduum:

Tu curas committe Deo, cui pectore vt haeres

Sincero, ad vitam quod facit: HIC FACIET,

Imbibu, ac spectas te circum cetera vana, &

Esse nihil præter quod fluit à Monade.

Antverp. 1585.

IANVS LERNVTIVS.

*C*um paucis sapiens ipsum te Monauit nosti,

Vno spes omnium tua nixa Deo est.

Magne Deus, sobolesq, Dei, Deus ac homo Christe,

Tuq, Amor amborum in numine numen idem:

Da porro vt quidquid statuet tua sancta voluntas,

Hoc probet vsq, pio Monauit ex animo:

Vt seu letis illi eueniant, seu tristia, pergas

In terris vitam viuere cœlicolam.

Brugis Flandrorum. 1581.

FRANCISCVS RAPHELENGIVS pater: Gener Plantini.

*R*erum opifex Deus, innumeris sua facta coronat
Dotibus, inq, dies auget & amplificat.

F 4

Quic.

Quicquid agas, diuina operetur dextra necesse est:

Hac vna absq̃, labos irritus omnis erit.

Ergo tui Domino curam committe fidei,

Cuius stant tellus ac polus arbitrio.

Is (modo tu sceleris pura sis mente) benignus

EFFICIET voti compos vt esse queas.

Pluraq̃, facturum quàm vel pauperrimus optes,

Crede, vbertatis cornua cum teneat.

Antverpiz. 1583.

FRANCISC. RAPHEL. Filius,
Nepos Plantini.

Curam tot teritur curu tua vita caducis
O homo, cur tantu te premis ipse malis?

Cur, quidnam fieri cras possit, scire laboras?

Cum rerum leuis & lubrica sit facies.

Pauperiem metuens cur fuluum congeris aurum?

Cum Mors nigra tibi fortè superueniet.

IPSE Deus FACIET summi fabricator olympi,

Solus qui arcana & teſta videre poteſt.

Quicquid curarum eſt huic ſoli trade, nec vltra

Vllis torque animum ſollicitudinibus.

IPSE, inquam, FACIET: ne cures craſſina: namq̃,

Supremi tantum eſt ſcire futura Dei.

Antverpiz An. 1582. Actatis. s. XII L.

ADOLPHVS MEKERCHVS.

Animo Monau i maſte, ſolius Dei
Fiducia nixus, tuere cardines

Poli,

Poli, tuere celsa cœli sidera:

Regnum Dei require, iustitiam & bonum

Sectare: vitam, rem, decus, tua omnia

Illius arbitrioq̃ fideiq̃ vnus

Committe. In eo tibi sit oblectatio,

In eo voluptas vnica: artibus dein

Incumbe rectis. Ipse terram vt incolas

Diu & quiete, largietur: Ipse te

Enutriet, fouebit: Ipse compotem

Voti tui te reddet: Ipse deniq̃

Ipse vnus IPSE FACIET: ac faustum dabit

In rebus arctis exitum lætum ac bonum.

I D E M.

Plantauit Paulus: plantaq̃, rigauit Apolos,

Vt fructum ferat hac, IPSE Deus FACIET.

Gandaui. 1583.

FRANCISCVS MODIVS
BRUGENSIS.

Ad Lectorem.

Quid ſatagit, vario curarum & fluctuat aſtu
Mens animi nuſquam ſtansq̃, ſedensq̃, tui?

Quiquis es, o potius ſummo committe Tonanti

In diuerſa animum qua tibi vota trahunt.

Ille quod expediet dabis: ille potente ſecundus

Nutu quod facies omne beabit opus.

Nimirum, quàm vana hominis, quàm incerta prophani,

Tam certa eſt Domino ſpes bona nixa ſuo.

F 5

Ad

Ad ipsum Monauium.

*Scilicet hic etiam, cate te haud errare Monau
Sed rectum recta qua decet ire via,
Cum Dominog, Deog, tuo defixus in vno,
Vni huic vita vis arbitrium esse tuae.
Expertusq, hominum quantum insit rebus inane,
Nil adeo curas posse satire tuas.
Recte, inquam, hac quoq, parte sapi: nam diriget vltro
Sic Deus ipse sua, quod facit omne, manu.*

Herbipoli. 1585.

VICTOR GISELINVS.

Dvm Lusitanis Catulus impotens
Belgisq, bella horrida redintegrat,
Nec pax quietis vlla Musis,
Nec locus ingenuo est amori:
Quid me beate viuere Monau
Hortaris? Vnde & quæ modo spes mihi
Hoc turbinum in tanto tumultu
Fessam animi recreare mentem?
Cælo an supinas ferre iubes manus?
Cæli sed obstant sydera, quæ mihi
Meisq, iniqua vno omnia ore
Perniciem meditantur vnam.
Vides Cometas sanguinea coma
Late minaces: Cassiopen vides
Nouo igne & inuiso vniuersi
Orbis in exitium tumentem.

An

An terra, credo, plus opis afferet?
At illa prægnans sanguine ciuico,
Iam rursus Orcum Erinnyasq,
Progenerat velut ante quinta
Luna obstetrice. hinc iustitia & fides
Cessere, regnant impietas, dolus
Cædes, Rapinæ, & omne fastus
Omne genus scelerum & malorum.
Cadmæa quondam sic vice mutua
Gens se cecidit, & cecidit simul
Cum dente nata viperino
Nata simul subito arma sumpsit.
Quid? hoc quod vti vix licet aëre,
Contagionis semina qui malæ
Vicinus huic, vicinus illi
Miscet agens properatq, mortes.
Vnde ergo vitam viuere spes mihi
Posse hinc beatam? Nil, ais, hæc: nihil
Terrena cuncta. Mens libranda est
Ætherei super astra olympi.
Hic hinc receptus quære animi tui,
Hic te ipse rerum maximus arbiter
Se rebus implorantem in arctis
Restituet placitæ quieti.
O qui creasti Terrigenas Pater,
Et liberaasti verbigenæ Tui
Cruore sancto: amore sancti
Pneumatis hunc animum intus arde.

Brugis Flandr. 1581.

IANVS

IANVS GRVTERVS.

Cum pelago ergo ratis mea sit commissa, quod ambis
 Quilibet è Ventis quatuor esse suum:
 Scylla q; sic fremat hinc, & sic tonet inde Charybdæ,
 Ut porro non sit ire, nec ire retrò:
 Quin te, quin fidei libras super athera pennis,
 Mens animi, & poscui suppliciter Deum opem?
 Posce age. nam Oebalidum frustra imploraueris ignes,
 Frustraq; aquoreo ieceris exta gregi.
 Quid misera? an nescis primum hoc duce & auspice o-
 Littore, in experta te mare arasse trabe? (misso
 Mox vitasse aras & praterisse latentes,
 Monstrorumq; agiles exuperasse minas?
 Cuius & hoc reru quod adhuc spirasq; valesq;:
 Spesq; suas hilari fronte reuelat opes?
 Illius est certe, qui cæli orciq; tyrannus
 Nutrit alumnanti, quicquid in orbe, manu.
 Qui quoq; ne dubita, faciet (via restet eunti
 Longa licet) recto tramite puppis eat.
 Incassumq; canant blando Siredones ore,
 Cyclosum & fugias antra hominum vda nece.
 Tu tantum caus adeste tibi portum prope, credas,
 Nauplius Euboica si offerat arce facem.
 Heidelbergæ.

CORNELIVS KILIANVS
DVFFLAEVS.

IPSE FACIET, fecit, facitq; qui suo
 Mundum reget, rexit, regitq; numine.
 Futura

Futura, præterita & simul præsentia
 Erunt, fuerunt, sunt. Deus, manu in tua.

I D E M.

Confide, homo, Deum roga, sis subditus
 Illi, tuamq; curam in illum proijce.
 Te vestiet, te nutrietq; lilia
 Qui vestit agri, quicq; aues cæli fouet.
 Quid inquieto multa voluis pectore?
 Deus saluti quod tibi est, **I P S E F A C I E T.**

Antwerpia. 1594.

MAXIMILIANVS DE VRIENDT.
S. P. Q. Gandaviensi à Secretis.

Quid tantum mortalis homo, quid bulla, quid umbra
 Caca quid assiduo blenna labore struis?
 Quid facis? aut factum molimine quolibet optas?
 Omnia cum facias, nil tamen ipse facis.
 Quin Deus, ille Deus, magni mens provida Mundi,
 Esse cui debent sidera, terra suum:
I P S E bonus **F A C I E T**, tibi quod videt utile facto:
 Non benè mortalis quod facit, ipse facit.

Gandavi. 1594.

FRANCISC. HARDEVYN
GANDAVENSIS.

Eheu quot atræ sollicitudines
 Quot spes inanes, quotq; molestiæ
 Morta-

Mortalium mentes fatigant
 Quàm variæ nihiliq; curæ?
 Hic dum futuri plus satis anxius
 Nil præter aurum & diuitias sibi
 Anhelat, extructis in altum
 Quæis animi potiatur olim
 Securus: audax cardine sub nouo
 Terras repostas visit, & extera
 Indumq;, Gangemq; ac Eoum
 Sollicitat pelagus carina,
 Depræliantes cum Boreâ Notos
 Et sæuiantis despiciens sali
 Iras, & Arcturi cadentis
 Vim rapidam atq; orientis Hædi.
 Hic morte peius pauperiem timens
 In arma fertur, vulneraq; & neces
 Et inter enses mille, sortem
 Ex spolijs opulentior
 Quærit sibi. Sub prima crepuscula
 A voce Galli hic excitus, è thoro
 Se tollit, & fundum paternum
 Vomere non prius aut ligone
 Versare cessat, quam roseus die
 Labente, fessos gurgite Iberico
 Equos recondat Phœbus, hinc ut
 Redditus auctior, insequente
 Mercetur agrum messe, vel ædibus
 Vicinum auitis eiiciat suum.
 Hic collybo permutat aurum
 Destinat aut cupidus Kalendis,

Pascit-

Pascitue turpi sanore, vellera
 Quo tincta coniux murice bis gerat,
 Eatq; Serrano superba
 Filia conspiciundo in ostro.
 Hic verba & iras elocat impudens,
 Linguamq; rauco prostituit foro,
 Ut aureis argenteisq;
 Stet phialis abacus scyphisq;
 Et (ô dolor) dum hos sola cupiditas
 Famesq; habendi sollicitos tenet,
 Nulla imminentis cura mortis,
 Nulla animæ ratio aut salutis.
 Quin præter aurum & dulce lucrum, Deum
 Nouere nullum: Iudicij diem &
 Quæcunq; post mortem supersunt
 Somnia ludibriumq; censent.
 At tu Monavi, cui melior Deus
 Infudit auræ particulam sacræ,
 Vulgoq; secrevit prophano,
 Longe alijs agitare curis:
 Dum sat beatus sorte tua, procul
 Remotus à tabo inuidiæ, tibi
 Vni vacas, caussisq; rerum
 Ingenium colis eruendis,
 Cæliq; motus, Solis & igneos
 Currus, & aptas perpetuo vices
 Phœbesq; contemplaris orbem,
 Stantia quem vagaq; astra cingunt.
 Primumq; in ipsis artificem manum
 Authoris, hæc qui de nihilo omnia
 Nostros

Nostros in vsus fabricauit,
 Suspiciis attonitus coliscq;
 Ipsocq; in vno (haud nescius & memor
 Verbi eius, olim quo toties suum
 Gregem monebat, ne timerent
 Craſtina prægrauiore cura.)
 Rerum tuarum præſidium locas.
 Ipse vnus vna est cura animo tuo,
 Ipse vnus vna est Spes tua, vnus
 Ipse tibi statio atq; asylum,
 Seu, quam profanum vulgus habet Deam
 Fortuna, sæuo lata negotio,
 Male inſoleſcat: seu ſerenum
 Rideat, & faueat benigna.
 Ipse vnus vnæ diuitiæ tuæ,
 Theſaurus vnus, prodiga quem gula
 Hæredis haud abſumet vnquam,
 Non caries, tineaq; perdent.
 Contentus hoc tu molliter exiges
 Præſentis aui quicquid erit ſuper,
 Te donec xuo, ſedibusq;
 IPSE frui FACIET beatis.

Antwerpiæ. 1594.

PETRVS ab HEILE. dictus
 VERHEILE I. C. Brugenſis,

Quid miſera humanis adeo es mens anxia curis,
 Quæ te ſollicitam nocte dieq; premunt?
 Fruſtra hominum cum ſint conatus atq; labores,
 Omnia nū faciat, perficiatq; Deus.

illi

illi ergo vitam, fortunæ crede, decuq;
 Inq; vno hoc omnem ſpemq; fidemq; loca.
 Atq; IPSVS FACIET, quicquid tu quaris & optas,
 Voti q; vt compos efficiare dabit.

I D E M.

Non tua mundanis, homo, veres pectora curi,
 Quo vitam tolerare modo, famamq; tueri
 Incolumem poſſis, vel damna auertere reſſis:
 Cum nihil hic valeat humana induſtria, verum
 Arbitrio hæc ſiant cæli terræq; Monarcha.
 Cui ſi confiſis, in quem ſi conijcis vnum
 Res omnes curaq; tuas, ſine te omnia ſolus
 IPSE Deus FACIET, ſolus reddetq; beatum.

I D E M.

Si vitæ varias ſollicitudines
 Vni credideris Deo:
 Is deſiderium perficiet tuum,
 Vota & conferet omnia.

MICHAEL VANDERHAGEN.

Symbolum hoc certe te dignum, docte Monau,
 Fatidici ſcitum nobile Regis habes:
 IPSE quidem FACIET. quid enim non fecerit Ipſe?
 Sed committe viam, ſed modo fide, Deo.
 FECERIT IPSE: ab eo ſed toto pectore pende,
 Vitam, rem, famam, crede Dei arbitrio.
 Ex animi voto tibi conſecta omnia reddet:
 Iacta in eum curam: mox & alere: tuam.

G

Ipsi

*Ipsi commendes animam: concede salutem
Actus, egressus, introitusq; tuos:
IPSE quidem FACIET, seu fors premat aspera, seu te
Blanda tuuet: reget u per vada caca viam.
Macte igitur facili hoc rerum facitore tuarum:
Frustratur, rerum praeside, nemo Deo.*

IDEM AD IAC. MON.

*Vna carbenatim series doctosq; bonosq;
Affectu, genio iungit amore pari.
Tiste quid hic opus est, usu nisi, docte Monau?
Hinc te amo non visum; non tibi visus amor.
Hac coit internas per partes, altheasq;
Copula, quam pellex spiritus intus agit
Artius hic multo: quam sordera sanguinis vlla:
Sanctaq; iura larv, sanctaq; iura salu.
Cumq; animis non corporibus firmentur amores
Veri: immortalis sit quoq; verus amor:
Ambio quem tecum. quare me adscribe tuorum
Album in amicorum: qui tuus alter Ego.
Symbolum & hoc nostrum: DVrant CONNEXA, per-
Aeterni inter nos tesseram amoris habe. (ennem
Mutuo ut auxilio, nexu, amplexuq; cohaeret
Dumus: ita alterno nexa ab amore manent.
Antverpiz. 1594.*

GVLIELMVS CAMDENVS
ANGLVS.

*D*um facis & facies: quod qui regit omnia iussit
IPSE tibi FACIET, qua velis ipse tibi.

IDEM.

IDEM.

*Ipse potest: Deus est. Et vult: namq; est pater ipse,
Qui vult, quisq; potest, IPSE tibi FACIET.*

*

*Si facis & pergis, quod iam facis ipse, Monau:
IPSE tibi FACIET, conficietq; Deus.*

*

*IPSE, inquis, FACIET, sic dictant spesq; fidesq;
Ista Deo iungant teq; Deumq; tibi.*

*

*IPSE, inquis, FACIET, faciet quid? quod tibi poscu,
Si tua spes rata sit, si tua viua fides.*

*

*Tu Slesu, diuisus Ego toto orbe Britannus:
Accola Ego Tamisis, accola tu Viadri,
Ipse tamen FACIET nos ut iungamur amore,
Qui tuus & meus est vnus vtriq; Deus.
IPSE quidem FACIET, quacumq; rogabimus ipsum:
IPSE mibi FACIET plurima, plura tibi.*

Londini Trinobantum. 1591.

DANIEL ROGERIVS.

*E*st Deus, est Deus à nobis: quis tendere contra
Audeat? in nostrum quis feret arma Deum?
Immanuel nobis bonus est: malus ingruat hostis,
Vtribus aut poterit quis nocuisse doli?
Nil contra dominum. Domino quis fortior alter?
Vnicus Immanuel, vnicus estq; Deus.

G 2

Hic

*Hic si nobiscum, nemo insurrexerit in nos:
 Exscindi populum non sine ille suum.
 Ille vnus spes nostra, Ille vnus robur & arma:
 Vnus & in cuncto praesidium obsidio.
 Sit quodcumq; volet: Deus est à parte suorum.
 IPSE adeo IMMANVEL quidquid erit FACIET.*
 Londini, Angl.

BARTHOLOM. DODINGTON
 Anglus.

ΠΙΣΕΥΟΝΤΙ ΜΟΝΩ ΔΕΘΕ ΟΣ ΚΡΗΝΕΝ ΕΞΕΛΘΩΣ
 ΑΥΤΟΣ ΠΟΙΗΣΩ. ΤΩΓΕ ΠΕΠΟΙΘΑ ΜΟΝΩ.
 Londini 1524.

PETRVS BIZARVS SENTINAS.

VT nauta certus scopus est Cynosura perito,
 Atrox dum Boreas, dum fera seuit hyems:
 Sic IEHOVA PIIS portus tutissimus omni
 Tempore, securum praesidiumq; atq; salus.
 Quàm felix igitur Domino qui semper adhaerens
 Ex illo totus pendet, opemq; rogat:
 Hic faciet ne vnquam Lex, Mundus, Mors, Caro, Satan,
 Vllaq; peccati vis nocuisse queat.
 Quin dabit vt victor, superata morte, triumphet,
 Ac fortunatus viuat in arce poli.

I D E M.

Insurgat Boreas, & Notus Affrico
 Mistus praecipiti turbine maximo

Ac

Ac tristes Hyades commoneant mare,
 Nubes ex oculis eripiant diem,
 Praesentemq; necem fulgur, & omnia
 Intentent; faciam naufragium haud tamen:
 Sed dicto citius grata serenitas
 Nubes discutiet, moxq; Fauonij
 Spirabunt, modo sit spes mea serido
 In Vero Domino fixa, & opem illius
 Implorem. I s FACIET, cuncta pericula
 Vanescant, vt qui fluctibus antea
 Iactabar, subito ad littus amabile
 Optatumq; diu, vix tamen interim
 Speratum, incolumis perueniam. hunc Deum
 Cui non est similis, nec fuit, aut erit,
 Quis non perpetuis laudibus efferat?
 Quis non assiduus vocibus inclytum
 Illius celebret nomen & inuocet?

I D E M ad I. M.

Quamuis, Monai, maiorum stemmata, mores
 Ingenui, ac rara cum probitate fides,
 Et quamuis animus doctrina excultus, & vsus
 Rerum, ac linguarum plurima cognitio
 Te celebrem reddant, clarumq; per ora virorum:
 Vna tamen Virtus te beat vsq; magis.
 Nimirum Pietas, qua verum numen adoras,
 Puraq; religio, quam colis assidue.
 Hac facit vt reliqua dotes sint splendidiore,
 Vtq; habeas votis fata benigna tuis.
 Hac etiam faciet, tibi dentur gaudia caeli,
 Gaudia quae nullo sint peritura die.

Antverpiz. 1581.
 VALEN-

G 3

VALENTINVS ACIDALIVS D.

Dvm miseri hęc rapido pelagi iactamur in aestu,
 Quem Fors nimbiſicā pennā agitata ciet:
 Quæ via, quis recti dux cæco in turbine curſu.
 Vi fugiat tristes tuta ratis scopulos?
 Tu lucem ecce aperis, Phæros olim vt celsa, Monauī,
 Fudit multifidas igneo ab ore faces.
 IPSE, tibi ſcitum eſt, FACIET: nitidiſſima cuius
 Depicta auratis verbula bina notis
 In puppiq; tue ſummā fixa arbore, fulgent
 Aequoreo latè, vt ſidera bina, ſalo.
 Sidera bina, cadit quæis nox ſupcrata, pateſcunt,
 Perq; vada incerta per ſcopuloſq; via.
 Ha gemina Orbalidum ſtella, ha Cynofura Helicq;
 Hinc nautis dubiā certa ſalute ſalu.
 Hic ducibus Scylla euitatā, omniq; Charybdī
 In portum ex alto cymba fertur ouans.
 Felices nautas, qui te à tergo vſq; ſequentes
 Fixa tuū ſua habent lumina ſideribus:
 Et ſcitum ō praluſtre tuum, quod ab orbe vehit nos
 Ad cæli ipſa ſuū ſydera ſideribus:
 Te verò, lucem hanc qui orbi alta per æquora præfers
 Tranquillum inſeſto vt currat iter pelago: (ab vno
 Te magnum ō hominem, & cunctorum hominum inſtar,
 Quo præitam ſequitur ſæclum hominum omne viam?

IDEM ad I. M.

Iam chelyn ad numeros aptabam & pleetra, Monauī,
 In ſcitum canerem quæis epigramma tuum.
 Et ſimul, ore ciens Phæbū: ō nunc Phæbe mihi, inquam,
 Dignum exprome ſacris ſi quid habes adytiū.

Illo

Ille negat ſuperſeſſe aliquid: ſic vndiq; vates
 Cunctis abſumpſe tuum in ſcitum Heliconis opes.
 Sollus o Muſas: at Muſa ſæpe vocata
 Teq; tuumq; aiunt linguere nolle animum.
 Caſtatos fontes adeo: en, hęc fontibus ipſis
 Magna ſitū: gitta & nulla liquoris adest.
 Tum leuīs aura aures mihi perſonat: ito, Monauī
 Quere domum, Aoniis qui petis, hoſpes, aquas.
 Pro Phæbo ergo igitur Muſisq; ipſaq; Aganippe,
 Tu in ſcitum mihi te ſuggere digna tuum.
 Nam te dignum aliquid tam vbi quæram, vnum niſi a-
 Te digna omnia qui te penes vnus habes? (pud r.,
 Helmeſtadij. 1588.

DOMINICVS LAMPSONIVS.

IPSE quidem FACIET: Modo nos faciamus, eodem
 Quod verſu, Monauī, nos Deus ipſe monet.
 Leodij, 1584.

IOHANNES AVRATVS
POETA REGIVS.

Omnia qui fecit Verbi Virtute potentiū,
 Et ſine quo factum nil fieriue poteſt:
 Quæ, quicūq; petet fieri, bona dum petat, hæc;
 Rite petat firma nec titubante fide:
 Ipſe, Ipſe hac faciet, nec quūquam aliūſue niſi IPSE:
 Omnia namq; vnus ſolus & Ipſe poteſt.
 G 4 Ipſo

Ipse vnus fecit cœlumq; & sidera: fecit
 Et Solem & Lunam, nubila celsa, Notos.
 Ipse vnus fecit terras, quæq; omnia terris
 Insunt, herbarum germina cum arboribus.
 Auri atq; argenti, ferri, chalybūq; metalla:
 Quadrupes, volucres, syluicolasq; feras.
 Ipse vnus fecit mari aquora, flumina, fontes,
 Stagna, lacus, riuos, piscium & omne genus.
 Ipse vnus fecit nigra tartara, fecit abyssos
 Vastas, Thesauros fecit ibiq; suos.
 Ipse vnus fecit post cetera demq; & illum,
 Omnibus his solus qui frueretur homo.
 Nil tamen ille facit per se: Sed cuncta per Ipsum,
 Omnia qui fecit, quæ facit ille facit.
 Scire sed Ipse quis est, quantumuis quisq; requirat,
 Non est qui possit scire, nisi Ipse sibi.
 Ne tamen humane desint solatia menti,
 Quantum scire licet, nil nisi Nomen habet.
 Et quod nomen habet, nouit bene nemo, nisi Ipse,
 Sed tamen à cunctis dicitur ille Deus.

IDEM: de nomine IPSE.

Vatibus in sacris nihil Ipse nisi Deus Ipse: —
 Pythagoras testis: Testis Homerus erit.
 Nam Dea quem docuit doctum se dixit ab ipso,
 Cum se Mæonides δῶτοδ δ' ἰοῦτορ ait.
 Pythagoras magni qui dicta sequutus Homeri
 Discipulos docuit talia verba loqui.
 Si quis habere fidem nolit, vos dicite, dixit
 Ipse: quod est verbo significante DEVS.
 Nomen ab Hebrais quod sumpserat ille prophetis:
 Quis dixit Dominus semper in ore frequens.

IDEM.

IDEM.

Ad Dominum penitus fac spemq; metumq; remittas,
 Et tibi successus in tua vota dabit.

Lutetia Parisiorum.

IOANN: IACOBVS BOIS-
 SARDVS.

Vir bonus & simplex, & nullo noxius astu,
 Qui recti est seruans, iusticiaq; tenax:
 Hunc non percellant Pharij Busridis ara,
 Quicq; Perilleum torruit igne bouem.
 Nec timeat quamuis confracli machina mundi
 Desuper horrendo quassa fragore ruat.
 Impavidus vastis submittet colla ruinis:
 Illi tuta arx est, praesidiumq; Deus.
 Conspirent licet in me, inquit, contraria cœli
 Sidera: sit tellus hac inimica mihi:
 Deq; suis in me Dis toruus fren deat umbræ,
 Turbaq; Tartareum qua Phlegetonta colit:
 Christo committam meq; & mea: spes mihi nunquam
 Irrita: namq; illo iudice tutus ero.
 IPSE etenim FACIET, de victa vi morte triumphem,
 Siq; mihi aeterno munere parta quies.
 Hac tua, Monavi, mens est: emblemate qualem
 Designat faciens iste viator iter.
 Cui quamuis insent à tergo & fronte procellæ,
 Obrutus assiduū & videatur aquis:
 Infracto tamen ille animo perdurat, & vrget
 Securus statuit quam prius ire viam.

G S

Nulla

Nulli fatigatum sudore notauerit hora,
 Seu mane aut sero sydere vespert erit.
 Omnibus occurret pacata fronte periculis:
 Namq; illi in media est morte reposita salus.

Metis Mediomatr. 1584.

CHRISTOP. PANNONIVS.

Omnia qui fecit, facit & facturum in aeuum est
 Quae voluit, quae vult, quaeq; futura volet:
 Is faciet quaecunq; petes in nomine Christi,
 Efficiens cordis vota precesq; tui.
 Huic modo confidens, omnes vni inijce curas,
 Et spera auxilium non dubitante fide.
 Nam Deus omnipotens, verax & iustus vbiq;
 Promissus certo stat memor ipse sui.

Regiomonti Boruff. 1587.

CASPAR CRVCIGER D.

IPSE Deus FACIET, quo non faciente, nihil fit:
 Et, nisi dante, salus nulla venire potest.

*

IPSE Deus FACIET, quo non miserante, iuuante,
 Et faciente, potes nil facere ipse boni.

*

IPSE Deus FACIET flectas vt fata precando,
 Fataq; vti votis conuenientur eant.

*

IPSE Deus FACIET tibi quicquid erit faciendum,
 Ne studia in nihilum, vel tua vota cadant.

IPS

*

IPSE Deus FACIET, bene qui facit omnia solus,
 Stantibus vt bene sit sub cruce, Christe, tua.

*

Nil bene cum faciant homines, bene vt omnia fiant
IPSE Deus FACIET, qui bona cuncta facit.

*

IPSE Deus bene nostra regens studia atq; labores
 Esse sua FACIET nos bonitatis opus.

*

IPSE Deus FACIET, bene: nam nisi fecerit ipse,
 Vel male nos facimus, vel nihil efficitur.

Cassellis Hassorum. 1584.

IOANNES FERINARIUS.

TE totum, quaecunq; facis, vitamq; viamq;
 Deuolue in Dominum mente fideq; pia.
 Ille pia mentis curam gerit: Ille petentem
 Credentemq; iuuans & facit & faciet.

IDEM.

Horrida tempestas, fortunaeq; saeva procella
 Cum furit, & ceptum saepe moratur iter:
 Anchora credenti tibi sit Deus vnica. Namq;
 Certa salus Domino est credere: qui FACIET.

IDEM.

Ille Deus sapiens, Deus ille, potentia cuius
 Quicquid vbiq; vides, fecit & omne facit.
 An tua non faceret? facientem speq; fideq;
 Expecta, faciet quae fieri ipse neges.

Quid

*Quid sunt, aut faciunt homines? Deus esq; facitq;
Omnia. Hic & faciet qua fieri ipse vult.*

I D E M.

*IPSE Deus quaecunq; facit, facit omnia recto
Consilio. Sibi nos credere vult: FACIET.*

*IPSE Deus FACIET: Facies tu rite quod ipse,
Cum Deus hoc faciet, cum fieriq; vult.*

Marpurgi Hass. 1592.

RODOLPHVS GOELENIVS.

*D*isce filere Deo: fer onus patienter vt Atlas,
Seu vi, consilijs siue petare malū.

*IPSE probè FACIET, quo nulla potentia maior:
Qui solus sapiens IPSE probè FACIET.*

I D E M.

*Teg; tuamq; viam Domino, Monae, reuela:
Is faciet, cepta duxq; comesq; via.*

I D E M.

*In Domino proramp; loca, puppimq; salutis:
Fer patiēda tibi: fac faciēda tibi.*

Euentumq; Deo credens, huic subditus esto:

IPSE vnus FACIET, qui bona cuncta facit.

Marpurgi. 1584.

HIERONYMVVS TREVTLERVS D.

*Q*ui fecit nos esse suos, quos diligit vnos
*IPSE, quod incepit, FACIET nos organa laudis
Esse*

*Esse suae: Is nostram benè turo in littore nauem
Sisset: saeva licet reboantes murmura venti
Ingeminent, rapiatq; diem nox horrida caelo.
Lux micat in nobis, Christi de lumine flatus
Quam sacer accendit, non illam turbidus Ausfer,
Non Satan, aut vasti exstinguent rabida aquora ponti.
Christe p̃ys augeto fidem: da corda ferendū
Firma malū, pro te quū ferre pericla recuset?*

Franckfurti ad Moenum, 1592.

I D E M.

*QVO FACIENTE triplex superextat machina mundi,
Dextera cuius humo mandat vt extet homo.*

*QVO FACIENTE nigri cessit fera culpa reatū:
ipse Dei gnatus dum Deus extat HOMO.*

*QVO FACIENTE sacer nos flatus iungit in vnum,
Palme & in Christo vite renatus homo est.*

*IPSE etiam deinceps, possimus vt esse beatè
Quod sumus, & quod nos esse cupit, FACIET.*

*IPSE rebellantes coget sub vincla tyrannos,
Et nos immunes esse mali FACIET.*

*IPSE sibi sanctos longum seruire per auum
Aeternum iunctos esse sibi FACIET.*

Monauius noster mentis sapientis oculo,

*Omnia quo gnarus peruidet ista notat,
Principiumq; Deo, medium, finemq; reponit.*

IPSE, quod esse bonum noueris, id FACIET.

Budifs. 1595.

VVIL-

VVILHELM. ACTIVS.

Omnia qui fecit, verbo qui facta gubernat,
 Ut fieri possint qua probet IPSE facit.
 Actaq; consilijs regit, euentuq; secundat,
 Ut bene vota bonis, fataq; dextra cadant.
 Hoc sine nulla salus restat mortalibus ulli,
 Et labor in ventos pondere cassus abit.
 Si quod opus facias igitur, fac vota potenti,
 Ut regat euentum consiliumq; Deo.
 Is faciet per te fieri qua posse negârû,
 Namq; iuuare potest, vultq; iuuare pios.
 Fac tua. Quod superest faciet loua. Perfer & ora,
 Seu tibi sit cura curia, siue Schola.
 Sic labor & felix & honestus, & vtilis orbi,
 Si reget acta Deus, fataq; flectet, erit.

1587.

IOANNES POSTHIVS D.
Medicus Elect. Palat.

Prouida mens Deus est: cui sunt mortalia cura:
 Huic fide: officijs inuigilaq; tuû.
 Euentus dabit ille bonos: Ille ipse beatam
 Efficiet longa posteritate domum.

I D E M.

Omnia qui fecitq; & adhuc facit omnia: soli huic
 Me dedico: IPSE FACIET vnus omnia.

GREGO-

GREGORIUS BERSMANNVS.

Tu rerum quodcunq; geris, committe supremo,
 Omnia qui fecit facta regitq; Deo
 IPSE bonus FACIET, cedant ut cuncta precanti
 Ex votoq; tibi vota supraq; tibi.
 Eius ab arbitrio via stet tua, resq; domuq;
 Diriget ille viam, remq; domumq; tuam.

Lipfiz. 1579.

IAN. ANTON. BAYFIVS LAZA-
RI F. Secret. R. Gall. Venetus.

Sub Domino te crede via: Tu numine frater,
 Omnia crede Deo, qui facit & FACIET.
 ὁμοῦ ἀνακτι πὲρ σὺν ἐπιτέπou: ὥρα πεπρωτῆς
 εὐελπίς ῥέξῃ πάντα: ἢ ἐκτελέσῃ.
 Lutetix Paris. 1582.

IOANN. MATALIVS METEL-
IVS SEQVANVS.

DIALOGISMVS.

HOSPES & MON.

H. Aurea qua video tantum duo verba tabella;
 Monaur, quid sunt? M. Symbola nostra vides.
 H. IPSE, inquit, FACIET. Quisnam IPSE est? H.
 in tribus vnus.
 Est pater, est Natus, Spiritus atq; sacer.

Ille

Ille inquam nostra Deus ille salutis amator,
 A quo sunt nobis omnia plena boni.
 H. Quid faciet? M. quacunq, fide comitante roga-
 Qua sine nil votis annuet IPSE tuis. (bk,
 Spe simul at certa pectus munire memento:
 Sitque pium moneo, quod pius ore petes.
 H. Estne loci igitur FACTVRVS in omnibus IPSE?
 M. Omnibus: est praesens numen vbiq, Dei.
 H. Et quibus auxilijs? M. Ne queras. cuncta creauit
 E nihilo, nutu quod petis omne potest.
 H. Cur faciet? M. Bonus est, in se vult omnia quari,
 Laudibus Ipsius ne tua labra vacent.
 H. Sed quibus IPSE modis faciet? M. E pluribus v-
 Seliget: vt proffit, clamue, palamue, tibi. (num
 H. Quando autem faciet? M. Cum sic tuus exiget v-
 Tempora nam praescit commoda cuiq, magu. (su.
 IPSE igitur FACIET, quacunq, poposceris ipsum,
 Perpetuo fecit, quin facit & faciet.
 O felix Ipsum qui orat, qui credit & IPSI,
 Mente IPSVM puta qui timet, ore canit.

I D E M.

Vt fera si quando tempestas nubibus atris
 Exoritur, canos effert ad sydera fluctus:
 Tollitur in caelum nauis, iactatur & alto
 Mergenda similis: saueq, furentibus Austru,
 Quos e nimbo protruserat Aeolus antro:
 Non audent vllam nauta sperare salutem.
 Stans celsa in puppi clauum tenet ipse magister,
 Supplicibusq, Deum votu precibusq, fatigans,
 Exemplo ipse suo cunctos hortatur, & vrget,

Quilibet

Quilibet vt subito mandata capeffere curet.
 Namq, ita ventorum rabicm, diramq, charybdim
 Effugit, ac tutum ingreditur, Christo auspice, portum.
 Sic & tu magnu, Monaur, exercite rebus,
 Cum subeunt animum cura, cum tristitia pectus
 Multa tuum versant, cum qua sors terra minatur
 Nulla posse tibi pelli ratione videntur:
 Haud secus, ac multo premitur qua pondere palma,
 Pondere qua spreto victrix exsurgit in aurae,
 Sublimi semper superans fata aspera mente:
 Nullo vnquam numero, nulla grauitate malorum,
 Frangeris, aut vllus te deseris ipse pericli.
 Causa inuicti animi spes est: qua plenus & ardens,
 Ing, Dei immensa totus bonitate recumbens,
 Casus contra omnes, sanctu te his vocibus armas:
 IPSE DEUS FACIET: Faciet Deus omnia, quamuis
 Ille Satan, rerumq, omnis natura repugnet:
 Ipse sui semper clypei te proteget vmbra.
 Ipse tibi praesens aderit. dextra IPSE potenti
 Eripiet cunctis terraq, mariq, procellis.
 Deniq, te IPSIVS contra ignea tela nocentis,
 Insidiasq, dolosq, & quantum Acheronte malorum est,
 Perpetuo tutum praestabit Spiritus almus.
 Ipse tuos grassus numerat, regit atq, tuctur.
 IPSO etiam faciente, anima hac adiuncta piorum
 Cetibus, excelsi caeli requiescet in arce:
 Non defecturos agitans vbi lata triumphos
 Ipsius nomen celebret, veneretur, adoret.

Coloniz Agripp. 1589.

H

ALE-

ALEXANDER CORNELII F.
GRAPHVS.

Nomine doctrina quod tu super aethere fulges
Monauit, fecit maximus IPSE Deus.
Et tibi iam texti lauro è viridante coronam
De victu vitij optimus IPSE facit.
Quod pietate micat: cælo vt post fata triumphes
Omnipotens, credas, IPSE pius, FACIET.

Coloniz.

PETRVS XIMENIVS
LVSITANVS.

Cum tua, Monauit, pietas te impellit, ab ipso
Vt Domino cupias magni aliquid fieri:
Non nescis, à te qua postulet ille vicissim,
Vt vere dicas: IPSE Deus FACIET.
Peccati veniam si queras anxius, à te
Ne frustra hanc queras, flagitat ille fidem.
Si petitur virtus, petit ille, vt tu quoq; aratro
Sollicitam admoueas, cum mouet ille, manum.
Sin alia exposcas, sibi te permittere mandat
Vt statuat, daries pro fit an illa tibi.
A nobis hac si fiant, Deus IPSE profecto
Quicquid sic petitur, perpetuo FACIET.
Ignoscet semper, semperq; charismata plura
Conferet, è cunctis eripietq; malū.
Quin etiam, haud faciens quod poscitur, id tamen ipsum
Quod dictu mirum est, verum IPSE FACIT.

Namq;

Namq; pijs solum hoc in votu esse putandum est.
Exitus ostendit quod placuisse Deo.
Monauit ergo tibi, qui tam pius es, Deus IPSE
Et fecit qua vu, & facit & faciet.

SVFFRIDVS PETRI LEO-
VARD. FRISIVS I. C.

Humane quicquid superare pericula vite
Quærit, ad istud iter deligat ille ducem.
Deligat ille ducem, cuius propensa voluntas
Plenaq; maiestas hic sibi præstet opem.
Præstet opem celerem, præsentis numine certam,
Quæq; metu liber tutus & aptus eat:
Non Orcus galeam præstans, Abariue sagittam,
Non Circe magicis proderis vsa sacris.
Alcide nil claua truci, nihil ora Medusæ,
Et nihil auriflui conferet vnda Tagi.
Ista nihil facient: quicquid confidat in istis,
Deficiat medijs obrutus ille malū.
Decipit antiquus mortalia pectora serpens
Et res humana mobilitate cadunt.
Solutus adeſt igitur superi moderator olympi,
Par virtute Deus, par bonitate Deus:
HIC FACIET: modo qui sese submisserit ipsi,
Promptus ei placida dux erit ille via.
Purgato moueat stygias è pectore sordes,
Legitimeq; simul numina sancta colat:
Sit pietas, sit certa fides, sit conscia recti,
Fixaq; veridici mens in amore Dei:

H 2

Hic

Hic illi clypeus, thorax, hac esto bipennis :
 Hac sola teclius casside tutus eris.
 Non mare, non tellus oberit, non pontus & aer,
 Non fera, non latro, non stygiu atra phalanx :
 Cerberus haud oberit, cui Dux hic morte necata
 Eripuit pradam, comminuitq; caput.
 Quis facit vt toto non vllis fluctibus euo
 Obruta cymba Petri cesserit? Ipse facit.
 Quis facit vt vasto seruetur in aquore Ianus,
 Aequare, quo mundus perditur? Ipse facit.
 Quis facit Anramidem transire per aquora Moisen,
 Aequora, quæ Pharaõ mergitur? Ipse facit,
 Ipse facit rigido fontem prorumpere saxo,
 Quo sedet rabidam gens adamata sitim.
 Ipse facit flammæ media fornace rigentes,
 Ignes innocuos sensibus : Ipse facit.
 Ipse facit cicures stupefacto dente Leones :
 Ne noceant patulis rictibus Ipse facit.
 IPSE igitur FACIET quacung; pericula tandem
 Sollicito obuement nocte dieue tibi :
 Ipse, inquam, faciet. modo casta mente fidelis
 Tu venerere Deum, tu venerere Patrem.
 Namq; potest, totum pugno qui comprimit orbem,
 Cunctaq; de nihilo conditor ipse facit :
 Et volet, in patulo qui fixus brachia ligno
 Pandit, & humanum prouocat vsq; genus.
 Accelerate, inquit, quoscung; pericula vexant,
 Vos releuabo malis, vos cumulabo bonis.
 Fons ego sum vita, veri certissimus author :
 Sum via; sum requies : sum manifesta salus.

Ipse

Ipse igitur sese viuus & lumine cassus
 Præbebit patria pro pietate ducem.
 Fidus erit viuus vigilantis robore pastor,
 Astra petiturus clauiger agnus erit.

IOANNES POLITVS LEO-
 DIENSIS I. C.

Q Vam bene, Monavi, verbis tua clausa duobus
 Symbola mortales spemq; fidemq; docent?
 Scilicet : humane spes est Deus vna salutis :
 Hic decor, hac vita firma columna tua.
 Condidit è nihilo solus, mare, sydera, terras :
 Ipsius & sine te, Te quoq; fecit amor.
 IPSE idem amissas cæli tibi reddidit arces,
 Quando tui mortem passus amore tulit.
 Rebus in humanis spem tu tibi ponere noli:
 Vt flamma è stipula, sic perit orbe decor.
 In Domino spera : FACIET namq; IPSE quod optas,
 Et placidas aures ad tua vota dabit.
 Si quid forte neget? melius tua commoda cernit,
 Tum quoq; nil cessat, sed magis IPSE FACIT.
 Spe, Pietate, Fide fuerit quodcung; necesse
 Poscere ne dubites : IPSE etenim FACIET.
 1587. Coloniz.

PETRVS PECCHIVS Loua-
 niensis I. C.

Q Vid rear, vnde tibi gemina data symbola voce,
 Symbola tot calamis nobilitata virum?
 H 3 Nam

Nam neq, nascenti tibi praeinuere sorores,
 Fabula quas filo ducere fata refert.
 Non fors vlla dedit, non nominis ordine verso
 Grammata, non agra somnia mentis opus.
 Ergo igitur sancto deuinctum pectus Amore:
 Omnia quo pariter tu faciente facis.
 Quis non Amramida sentes, linguarq, bisulcas
 Audis, ignis & iuga rapti totis?
 Quis non, antiquis arcana reperia poetis
 Herculi Octais funera verticibus?
 Ille amor, ille tibi succensus imagine diua,
 Ille tuos oculos ventilat ante facem.
 Felices oculos, talpas terrestria, lynces
 Caeca, quos radijs ille rigauit Amor.
 Sanctus amor, formosus amor, sapiensq, bonusq,
 Qui ligat aeterna semina prima fide.
 Naturaq, ciens causas, educit in ortus
 Protelo quorum vita perennis eat.
 Sanctus amor per quem vitalia lumina caelo,
 Et terra fructus & venit aquor aqua.
 Pacis amor lata genitor, placidaq, quietis
 Vltor & ingrata rusticitatis amor.
 IPSE est qui FACIET, qua nos virtutis egeni
 Occipimus, media deficiamusq, via,
 IPSE est qui FACIET constanti robore mentis
 Tristia fortuna verbera posse pati.
 IPSE est qui FACIET nostris nos hostibus aequos,
 Ne fugiat sauas viraq, mala manus.
 IPSE est qui FACIET, laribus post terga relictis
 Abdita nudato querere regna pede.

Qui

Qui si non renuat nostris habitare medullis,
 Mille caput circumstant mala fluxa, seram.

PETRVS BOSCHIVS AR-
 NEMIEN. I. C.

NI mihi tam praesens Deus in mea vota fuisset, Ex Pl.
 Mens seruata pio carmine grata canit: cxxij.
 Ni mihi tam praesens Deus in mea vota fuisset,
 Cum caput impeteret fraus scelerata meum:
 Credo equidem viuum Stygias transisset ad vmbrae,
 Effera dum sauas adparat ira manus.
 Credo equidem, medio me hausissent gurgite fluctus,
 Heu, mea quam dubijs vita pendit aquis?
 Credo equidem, fuga non erat vlla hyemiusq, mariusq,
 Attamen hoc laus est, hoc bonitasq, Dei.
 Qui me poscenti in poenas non dedit ira,
 Exiui ut pedicas aucupii exit auis.
 Sunt fracta pedica: tum nexu ego liber iniquus,
 Fecit qui terram & condidit astra Deus.
 IPSE idem FACIET, qui mox faciente perenne
 Laus sua apud populos nomen habere queat,
 Tunc mihi longa breuius venient solatia luctus Ex Pl.
 Pectus gaudia ager, mens bona verba dabit. cxxv.
 Quod mirata hominum venientia secula dicant,
 Magnifice Dominus magna patrauit ei.
 Vere magnifice Dominus mihi magna patrauit,
 Omnem corde meo terfit amaricem.
 Iusta namq, vices: & qui seuere dolentes,
 Mutua lacantes mox sata optima merent.

H 4 Fleui

*Fleui ego flens, rigida mandavi semina terre,
 Lato iterum letans farra reporto sinu.
 Non sic impia gens, qua quamuis tempore paruo
 Ingentes valido in pectore habent animos:
 At cito erunt instar stipula infelicitis auena,
 Culmina qua tecti stat leuis alta super,
 Concidit, & falcem non expectauit acutam,
 Non illa impleuit messor vtramq; manum.
 Non vlnas, illi qui constrinxere maniplos
 Nec qui vicina prateriere via,
 Hos agite en dixere: beat vos copia diues,
 Ing; annos plures rite beare queat.*

Ex Ps.
cxxxviii.

THEODOR. BIRKMANN.
MED.

Tros Anchisiades magna post funera Troia
 Exutus regno, dirog; perosus Vlyssi,
 Dum petit Italiam: vix primum carula, classe
 Impulsi, ecce graui subito polus obscuratur
 Tegmine, & ex omni Deus aethere concitat imbres.
 Nec minus immenso crepitans aqua turbine cælum
 Percutit, horrendoq; fremunt maris antra tumultu:
 Fit tonitru, strepitusq; ingens per inane remugit,
 Concutiturq; ratis pelago, iam iamq; fustiscit
 Mergenti similis: minitantur cuncta ruinam.
 At pius Aeneas tanto discrimine rerum
 Obrutus, & quamuis media iam morte tenetur:
 O socij exclamat: meministi enim ante—malorum
 O passi grauiora, Dabit Deus hi quoq; finem.

Haud

*Haud secus, aduersis, Vatum studiose Monui,
 Oppressus confide: Deo fer vota precesq;
 Seu quam aorauit quondam fortuna relinquat,
 Seu pedes ire parat, seu tranas alta profundi:
 Ipse potens faciet, ne te contingat egestas,
 IPSE comes FACIET, tuto te visere portum.*

I D E M.

*Si quauis te cura tenet, mentemq; ferire
 Tentat, fide Deo: ne premat IS FACIET.
 Infidijs passim circumuallatus iniquis
 Hostis: fide Deo: ne pereas faciet.
 Hic faciet toti veniant vt secula mundo
 Aurea. fide Deo: Quem premit ille, leuat.
 Ille leuat pressum: sanat quem vulnere fixit:
 Cui rapuit vitam, dat meliore frui.*

CASPAR SCHVVERMAN
ANTVERP.

LAbentem patriam graui ruinâ
 Urbesq; aspicias licet superbas,
 Desertas, inopes, suoq; cultu
 Orbatas, solito & decore nudas,
 Quin & militibus pigris iniquam
 In prædam videas licet relictas
 Et causam licet audias ruinæ:
 Quod doctis habeat viris remotis
 Nunc passim imperium imperita plebes:
 Quod sint militiae duces ab arte
 Tyrones, veterani iniquitate:

H s

Miles

Miles perfidiâ laboret, aurum
 Spectans, fasque nihil nefasque curans.
 Nil horum excruciet tamen tuum cor,
 Nil te deprimat, ut labes labante
 Aut cadas patria. simul, cadente.
 Forti robore condecet paudentem
 Submanire animum, patique casus
 Constanter varios periculorum.
 Virtutem indue, & huius arma sume,
 Quis vinci haut poteris. Deus quia IPSE
 Indutum his FACIET nihil timere
 Cætus omnigenos periculorum.

Antwerpie in afflictissima patria. 1585.

SALOMON FRENZELIVS.

Qua tibi mens & quoties tua verbis ora resolvit,
 Exclamas toties: IPSE Deus FACIET.
 Ecquid Monavi faciet? Tibi sors neque parca est,
 Artibus & dives pectus honorificis.
 Fama per ora virum volitans, Mens conscia recti,
 Et vera in Christi numine fixa fides.
 Omnia dicam vno, Monavi, munera versu:
 Si patria decus es, es velut, ecquid habes
 Quod Deus haud fecit? Si fecit: plura quid optas?
 Ut plura haud optes, Ipse Deus faciet.
 Cui nihil optandum magis est, excelsæ Monavi,
 An non ex omni parte beatus homo?

IDEM.

Mens mea sursum oculos tolle, ut potiaris olympo,
 Est ibi qui tibi spes IPSE Deus FACIET.

Faëlas

Faëlas firmabit, firmatas sorte beabit
 Tali, quam poteras vix voluisse tibi,
 Si Deus hac faciet, quem cæli continet aula:
 Quin igitur tolli, mens mea, sursum oculos?
 Argentorati. 1585.

IDEM.

Monavium quicumque, negat Pietatis alumnus
 Esse: etiam Pietas hunc negat esse suum.
 Illa ultro affirmat, Meus est, Meus ille manebit,
 Omnia committit qui facienda Deo.
 Monavium facit hoc, fecit, facietque, quia inquit,
 IPSE FACIT, FECIT: IPSE dein FACIET.
 Hunc igitur quicumque, meum negat esse, facebat,
 Vique, luat penas, Ipse Deus faciet.
 Ut vitæ, nova me digna capebat IACOB
 Præmia, promittens IPSE Deus FACIET.

Helmeſtadij in Iulia. 1594.

FRIDERICVS TAVBMAN- NVS FR.

TV si qua vides, qua solidam merere laudem
 In me poterunt more probata Christiano:
 Virtute meâ consilioque, facta censes?
 Quam vellem, ô homo? Sed nihil ipse, nil profecto
 Ex me facio, quod vocitet bonum Deus, qui
 Solus bonus est. Ipse facit: facit profecto
 Ipse, quod ipse facere nequicquam aſſimor abs te.
 Quod feci bene, quod facio bene, & quod olim
 Facturus bene: non, ô homo, non ego feci:

Non

Non ego facio: non ego facturus id ex me:
IPSE FACIET, ipse facit, fecit ipse Iesus.

DANIEL ENGELHARD.

Sit licet: Vnda fremat, sauis iactetur in alto
Fluctibus: atq; instent mille pericla tibi,
Tu tamen obdura: & clauum fac arte gubernes,
Scissag, nauarcho carbasa crede Deo.
IPSE, vbi rite tuo surgeris munere, portum
Optatum vt tangas incolumis FACIET.

In Coroscaviano. 1590.

CORNELIVS MARTINI
ANTVVERP.

Monaue Breslae gloria nobilis
Monaue montis fama biuerti cis
Quae passa passim nidulatur
Aethris in astrigeris cauernis.
Compage spissâ septa animi ratis,
Munita clauis vndiq; aëneis
Carina mentis, si flabrorum
Turbine, si scopulisq; sortis.
Allisa nutet, dissimulat metum,
Et obstinatum transadigit gradum
Nisu insolenti, per procellas
Perq; hyemes Africi furentis.
Nam cuius isthac nutibus ardua
Vertigo coeli, cardine coeruleo

Nitens

Nitens Trionum, temperatur
Dum mare sollicitat, salutis
Lassis reponit spem tremulam Deus:
Sic tu inquieti seu furat impetus
Mauortis, ingruatue durum
Exitium grauiore casu:
Nil expauescis. Nempe quod insolens
Robur tibi illud sufficit aureum
Verbum, quod vsq; & vsq; tinnis:
IPSE FACIT FACIET QVE porrò.
Hæc firma rupes, cui solidæ queas
Fundamen arcis credere: quam licet
Ducas in æthris verticosa
Culmina, non valeant procellæ
Minæq; fati, non pelagi truces
Ferire fluctus, quippe Diespiter
Motarier, componierq;
IPSE facit FACIET QVE turbas.
Quod nunc cohortes Thufsagetae trucem
Mouens ruinam Teutonico solo,
Quod percruento inauspicatam
Milite Pannoniam replerunt:
Quæ terra nostro sanguine decolor
Eheu iniquo seruitij iugo
Labascit, absorpta à tyranno,
Vis Iouis ipsa facit suprema.
Vt expientur vindice dextera
Hostis dolosi sæuitia, & minæ
Vt diritas belli residat
Vis eadem faciet suprema.

Hoc

Hoc pertinaci dum insinuas tuæ
Monaue menti, non trepido metu
Te infestat, inquinatue fati
Alea dura periculosi.

Helmeſtadij. 1594.

ISAAC MEMMIVS.

Mens mea, quid lacrymis, quid me mœrore fatigas
Assiduo, & crudum tradis ad exodium?
Nempe quod infirma es tibi conserta debilitati,
Et quod pressa malū frangere ab iliade.
Ne desponde animum, sed fulci robore firmo,
Debita q̃ officij munia fortu obi.
Cui mare, cui tellus, cui cælum & sidera cæli, &
Quod gyro aërio sidera despicunt.
Sunt facta, à cuius nutu omnipotente perennant,
IS FACIET, nec te deseruisse voler.
IPSE quidem FACIET, neq̃ enim quemq̃ ille fefellit,
Qui modo se diu cesserat in arbitrium.
Desine dehinc lacrymas: & in hoc spe nitere certa,
Spes sint hac curis vltima creta tuis.

Rostochio. 1587.

IOANNES LAVTERBACH
HERMVNDVRVS.

Quo dicente oritur rerum pulcherrimus ordo,
Limitibusq̃ suis condita cuncta vigent:

Sidera

Sidera, terra, fretum, spirans patulo orbe quod vsq̃ est,
Gens hominum, alituum, quadrupedumq̃ genu.
Prouida mens cuius se nata volente gubernat,
Et spaciū excedens ortu obituq̃ caret.
Hoc sine nil totū fas est contingere terre,
Deficiensq̃ suū haud deserit autor opus.
Illius ergo homines merito prece numina poscunt,
Et voti compos sit pia turba sui.
Conditor ô sapiens, immensa potentia cuius,
Quod sumus & facimus, munus id omne tuum.
Omnia per te sunt: à te ceu fonte perenni
Exudant in nos & bona cuncta fluunt.
Ac licet ingeniti damnent nos culpa reatus,
Atq̃ agat in multum lubrica vita scelus.
Ipse tamen nostri mirando incensus amore
In gnati lapsos viuere morte facit,
Et veniam donas patiens immanibus ausis,
Per reprobos non sit dum modo spreta salus.
Huic igitur fidat cunctū gens fida periculis,
Rex Erebi & Mundus cum fera bella cient.
Hic FACIET seuo ne quā vincamur ab hoste,
Et victum, & membris hospita tecta dabit.
IPSE graues circum FACIET cessare furores:
Arbitrio quicūq̃ statq̃ caditq̃ Dei.
Cuncta videt longe ante, dies ac tempora nouit,
Compensat longas & bonitate moras.
Et quanquam fragiles mors dira absumpserit artus,
Certa p̃ys sedes est tamen arce poli.
Ecquid adhuc vanis cruciet sua pectora curi?
Qui facit & fecit pro libitu, & FACIET.

Hinc

Hinc vita hoc voluit sibi symbolum esse Iacobus
 Monauus fidei dans documenta sua,
 Qui cælum studijs petit, & mortalia temnit,
 Ante rogos Virtus quem super astra vehit.

1585.

PETRVS ALBINVS HISTOR.
 Elect. Sax.

AD cælum Luna tendunt falcata Monauæ
 Cornua: Quid signent, si roger expediam.
 Cuncta regenda Deo committit cuncta regenti
 Qui valido Mundi pectore spernit opes.
 Hinc solum ad cæli aspirat, cælo additæ, arces,
 Et sorte in quauis, vsq; quietus agit,
 Monstrat idem, quod fert Iacobus, symbolon: IPSE
 Quod voluit FACIET qui regit astra Deus,
 Ipse voluntatem FACIET sua iussa timentum,
 Et dabit inceptis prospera fata p̄ys.

I D E M.

Quæ geris in clypeo, Clarissime, signa, Monauis,
 Candida sunt Luna corpora trina noue.
 Illa quidem vestra virtutis symbola credam
 Esse, nec externis expedienda notis.
 Nam splendor prisce generis vos ornat, & artes
 Ingenua, nec vos res premit arcta domi.
 Quæ nisi fallor erunt vestra tua lumina gentis
 Per Luna triplex significata iubar.
 Parce tamen, Phœben sacri si dixero catui
 Esse notam: radijs non nucat illa suis:

Sed

Sed facili gaudet fraterna munere lucis:
 Sic sacer à Christo lumina cætus habet,
 A Christo qui iustitia Sol iure vocatur,
 Et splendor summi est effigiesq; patris.
 Luna Monaua etiam spacijs effulget ab atris,
 Et triplici surgit lumine, more nouo:
 Est immersa quidem arumnu Ecclesia densis,
 Sed triplici euadit lumine tuta malis.
 Sancta Trias sex huc dat cornua, robora nempæ
 Donorum, hæc statim fundit ab axe sacer.
 Hinc tandem in cono galeæ sed arundine palma
 Exurgit celso quarta Diana loco:
 Vincit amor cæli: sero & pia causa triumphat
 Sæpe, tamen viuens illa trophea locat.
 Omen habe: Tibi quæ versu non expliccat isto
 Pteris, ingenio cætera pende tuo.

I D E M.

Candida Luna triplex tibi cur linat arma Monauis
 Mirabar, pullo conspicienda loco.
 Cum subito de ter tribus vna sororibus in sit:
 Candida mens prima est luna, secunda fides,
 Tertia candida vita: omni nam libera sorde
 Tota est Iacobi candida vita mei.
 Hæ tanta dotes, nigra si contraria ponas,
 Cernentur melius lucis honore sue.
 Nam velut exurgens nitidi soror emula Solis
 Exuperat radijs astra minora suis:
 Sic inter mundi nigra probra Monauica virtus
 Eminent argento purior atq; niue.
 Belle color, dilectis color, color optime salue,
 Nota per ætherias empyriasq; plagas,

I

Tu

*Tu mihi das nomen: Iam candida corda Monauij
Deutinci Albino plus, color albe, tuo.*

Dresdz. 1591.

EBERHARDVS THVVES-
TRENG. I. C.

Non opus est nostra tot contra stare labores,
Vita quibus premitur mille subacta modis.
Pesc Deum qui damna leuat, qui vulnera sanat,
Solut & aduerso tempore prestat opem.
Is FACIET pulsa quo mens formidine tandem
Gaudet, optatis exbilarata bonis.
Ille per anfractus per mille pericla viarum
Deducet nostros ad loca tuto pedes.
Ille per insidum mare, per fallacis arena
Te vada securo sistet in hospitio.
Anxia curarum si mens sub mole laborat,
Ille potest solus pelleret corde metum.
Præsentes tenuat morbus si in corpore vires,
Ille potest medicas applicuisse manus.
Ille, ubi iucundos captant tua lumina somnos,
Excubat, & pro te praelia dura ciet.
Ille tibi quodcumq; futuris accidet annis
Leniet, & facili cuncta beabit ope.
Solut enim quicquid mortalibus vile, quicquid
Iucundum Facit Is: Solut & is faciet.

Hamburgi. 1579.

ALBER-

ALBERTVS CLAMPIVS I. C.

Nec breuiora Lacon, nec pondus habentia maius
Symbola Spartana scripserit in scytale:
Quam sunt IPSE tuum FACIET, praeclare Monauij,
Quod qui sincere dicat & ex animo,
Vix est ut multis in millibus inueniatur:
Tam rara inuentu est indubitata fides.
Ipse tamen faciet, qui perficit omnia, quicquid
Optarit calidis enthea mens precibus,
Indictas sibi quicq; operas, & pensa labore
Donec inexhausto strennum absoluat.
Quin igitur nosmet facimus nostra, ut Deus Ipse
Arbitrio faciat cetera cuncta suo.

Helmstädtij. 1595.

DANIEL HERMANNVS.

Omnia qui fecit bene, qui facit omnia recte,
Ille idem faciet post quoq; cuncta bene.
Et melius faciet, quam vel tu forte rogare,
Vel sperare aliqua conditione queas.
Si quid is incepit, perfectum reddet & idem,
Non alij, non tu hoc, IPSE sed hoc FACIET:
Sic, fieri ut nolis aliter, quod fecerit ipse,
Insectum & nulla tu ratione velis.
Interea tua tu faciens, tua credere noli,
Namq; boni quicquid tu facis, Ipse facit.

Gedani. 1580.

I 2 IDEM.

I D E M.

Spem totam in Dominum terrarū, marūq; potentem
Desige: ILLE tua spe melius FACIET.
Ille ratem suā concussam turbine venti
Currere & optatum litus adire facit.
Hoc sibi Monauius dum Symbolon eligit, illi,
Omnia qui fecit, prospera cuncta facit.

I D E M.

Factus homo ē terra est: Aequor terram ambit at altum:
Sic maris & terra nos mala multa premunt.
Factu, qui terram fecisti, aquorq; profundum,
Naue mea vt portum saluum adire queam.

Rigx in Liuania. 1594.

IOANNES MAIOR D.

Mens tua cum varia luctatur imagine rerum,
 Et non quid fugias, quidue sequaris habes:
Curas, resq; tuas velut vno in fasce volutas
Ante Dei exponas voce precante sinum.
Perge pio in cursu, nec vota operasq; remitte,
Sed spes subsidij sit maneatq; Deus.
IPSE, quod in rem sit, FACIET, qui tempora rerum
Nouit, & alternas temperat orbe vices.
De te, deq; tuis rebus si fideris ipsi,
IPSE sua FACIET pro bonitate Deus.
Multa modis multis homines incommoda versant,
Qua tamen humana non releuantur ope.
Hac si voce Deo commiseris: addita vincet
Spes fortuna tuas, fata sinistra Deus.

Credo

Crede Dei aeterna, qua digerit omnia, cura
Vitam, res, operas, munia, fata, decus.
Cardo, vigor, finis rerum dependet ab ipso:
Is facili expediet numina si qua volet.
Nec tempus praescribe Deo: cui tempora parent,
Tempore subsidium conueniente feret,
Ducet ad euentum tua vota, tuosq; labores
Vota, labor tua sint munia: cura, Dei.

I D E M.

Crede Deo quodcumq; tuum est: Nam fata, Deusq;
Inuenient aliquam, qua via nulla, viam.

An. 1582. 25. Ianuar.

NICODEMVS FRISCHLINVS.

Ipse Deus fecit, quod vita hac luce Monau
Vesceris, ex vteri carcere liber homo.
Ipse Deus fecit: quod temporis huius ad annos
Venisti, nullam passus ab hoste necem.
Ipse Deus fecit: sanctas quod Palladis artes
Doctus es, & leges & pia iura tenes.
Vt saluus maneat, vitag; tenore peracto
Ad superos venias: IPSE Deus FACIET.
 Tybingæ. 1579.

SIGISMVNDVS MARIASCHI
de MARKVSCHFALVA.

AOnij catus decus immortale Iacobe
Quam bene diuino te tutum numine credas
 1 3 Carnis

Carnis opus contra, Mundum, Satanaq, surorem
 Symbolon ostendit plenum pietate fideq,
 Horum etenim rabiem quo tandem vincere possu,
 Hoc Christus victor FACIET: modo tu, vi facis, infla,
 Et confide Deo: FACIET quoq, luce potiri
 Te superâ: misera post tristia tempora vita.

IOANNES KRAVS.

Quod facis, hoc semper fac: praestantissime Iacob,
 Sedulus ut facias qua facienda tibi.
 Cetera committas summo facienda Iehoua:
 Amplius IS FACIET quàm tua vota petent,
 Dicere quot tandem possu: O summe Iehouah,
 Inferior summa sum bonitate tua.

Lyblonij. 1594.

CASPAR ARNOLDVS.

Quæ pietas: quàm inuicta fides: & qua tibi summa
 Fortune: ac tantum nominis vnde fiet:
 Religiosa monet nos tessera, clare Monauit,
 Quæ diuina tua mentis imago cluet.
 Scilicet ex te nulla tibi res facta videtur,
 Nec fieri, ac prorsus, nulla futura adeo.
 Quo schola non studijs, meritis Respublica, Zelo
 Religio haud habuit, vix habitura parem est.
 Ingenio, arte, operâ, cum plusquam humana potu—sis,
 Omnia cum facias, nil tibi tute facis.

Qui

Qui tibi magnam animam Deum in se vitâ fouetq,
 Quig, tui & cuius tu es, uterq, vicem.
 Is tua consilia, & res, adfectosq, labores
 Destinât, u fecit, u facit, u faciet.
 Mens hominis? omnis cui tam benè cura locata est,
 Hoc verò esse hominum est, hoc facit esse Deum.

1593.

IOANNES FERSVS. D.

Fecit: adhucq, facit: facietq, Ipse omnia solus,
 Qui fuit, est & erit: quig, nec esse nequit.
 Metator seclorum, ipse extra secula: nullo
 In loco: & idem omni totus in orbe, loco.
 Qui, sine te, te fecit: & athra transfugam & hostem
 Restituit cæli, atq, sibi, imò tibi.
 Quid trepidas? faceret non cetera? non dator esca
 Sit vitæ dator? Et qui bona tanta malis
 Ingerere haud parcat: suâne ille peculia linguat?
 Non velit hoc? Sed nec velle id, & esse queat.
 Iamq, adeo, factore isto submixta, futuri
 Porro omnem exoneret, fac, anima agra metum:
 Teq, ex parte tuâ, sat habe facere hoc nihil ipsum,
 Ut bene quid facias IPSE, rogo, FACIET.

I D E M.

Iam, mi anime, ô iam mitte istis pallefcere curi:
 Angorumq, astu pectus edace coqui.
 Postera quid fortune, aut hora minabitur aut lux?
 Qua vita in reliquum, quamq, futura diu est?

14

EST

*Est Deus: in numerum qui fata, annosq; sequentes
 Digerit: & sortis punctum viriusq; facit:
 Vnicus ille, vnusq; tui autor & arbiter aui:
 Omniaq; est: & sunt omnia nil sine eo:
 Cum velle est posse: & perfecisse voluntas:
 Et reperire viam: clausa vbi cuncta via est.
 Hunc sine consilijs euenta & tempora vite
 Describat: vota & multiuola ipse preme.
 Non faciente Deo, fac omnia: nec tamen hilum
 Feceris, aut hilo quod minus esse potest.*

I D E M.

*Sic homines sumus: optati contraria fata,
 Quodq; necesse pati est, ferre negamus onus:
 Nec quidquam est proprium, quam cælo impingere culpas:
 Votum & in omne Deos non abisse queri.
 Huic diuersum illud vitio est, vitium tamen ipsum,
 Cum propria quicquid fidimus artu op:
 Jamq; Deos, quantum est cælo, obliuiscimur omnes,
 Fortunam & sperat fingere quicq; suam.
 Quam factura aliter pars multo erat illa vel illa,
 Monani, nossent si tuum id IPSE FACIT.*

Basil. Rauracorum. 1582.

FRANCISCVS LANGERVVS.

Vides, vt alto splendeat æthere
 Dictynna, nec iam protulerit comas
 Umbra laborantes, tuq;
 Inuigilet taciturna genti.

Dissolue

*Dissolue curas, gaudia pectori
 Large reponens, atq; benignius
 Fronti seueræ deme rugas,
 Aonidum soboles Monau.
 Permitte Christo cætera, qui potest
 Placare ventos, æquore feruido
 Depræliantes, ne carina
 Pressa sui gregis obruatur.
 Quid sit futurum cras fuge quærere:
 Sortes dierum nouit is optime,
 Qui cuncta fecit. Is necessum
 Et facit & FACIET quod vsq; est,
 Donec virenti canicies abest
 Morosa, nunc & visus, & otia
 Salesq; & arguti lepores
 Composita repetantur hora:
 Nunc & venustæ basia coniugis,
 Et spes futuri credula gaudij,
 Lususq; gratus liberorum
 Molliculûm ante pedes parentum.*

GEORGIVS CAROLIDES.

OMnia, si spiret diuini numinis aura,
 Directo ad portum tramite, lata ruunt,
 Et quibus aduersum hoc numen, neq; littora tangunt.
 Nec quoquam humana progrediuntur ope.
 Christe mei faxu primordia prospera rebus
 Et quodiungq; geram, te præunte, geram.

I S

Semper

*Semper tutus ero, & tranquilli littora portus
Contemptus vita casibus inueniam.*

I D E M.

*Christe meis ad sis praesig, laboribus: & me
Participem FACIET qualibet aura tui.
Quicquid agam, cedit feliciter: ibit amico
Nostra Noto, & placidum cymba feretur aquis.
Donec adinueniat portum, quem quaerimus omnes,
Meq, tibi superi sistat in arce poli.*

Praga. 1594.

CASPARVS IANITIVS.

*SI grauis incutiat tibi cura metusue laborem,
Ne crucies mentem nocte dieq, tuam:
Quin potius magno letos in pectore vultus
Erige, spem contra spe tua damna leuans.
Confidas Domino, caeli terraq, potenti,
Quem refugit pontus, tartara dira tremunt.
Ipse tibi lato concludet tristitia sine,
Fecit idem ante alijs: post FACIETq, tibi.
Nunc prius: at tandem cum mors tibi lata salutis
Conspersum Christi sanguine pandet iter.*

Anno 1594.

LAMBERTVS LVDOLPHVS PITHOPOEVS.

*EFFera dum totum discordia concutit orbem,
Et nusquam, tutum pax habet alma locum,*

Impro-

*Improbatae fuco & titulis velata superbis
Dum tenerum misere vastat ouile Dei,
Bella, fames, terramotus, incendia, pestes,
Incutiunt trepidum dum mihi cuncta metum,
Dum me dilecta spoliatur me coniuge, & intrans
In thalamos etiam publica damna meos:
Ambitio atq, bonos vexandi dira libido,
Et rapere iniusta sceptrum superba manu,
Insidia, fraudes, periurias, stupra, tyrannus,
Fastus, liuor iners, ardor & angor opum,
Et genus omne mali pariter velut agmine facto,
Dum miscent terris astra, profana sacris,
Perrumpitq, palam natura & legibus aequi,
Dum probitas est & nomen inane fides,
Dum toto passim crescit gens impia mundo,
Cui Deus est venter, religioq, λόγος,
Cui nihil est caelum, nil sunt nisi fabula manes,
Quaq, regens terras numen inane putat.
In peius dum cuncta ruunt, sublapsaq, retro
Quotidie rapida more feruntur aquae,
Expulsoq, procul veri & discrimine falsi,
Et longum iussa voce valere Dei,
In commune nefas odijs certatur & astu,
Nec pia ubi tuto mens requiescat habet:
Deniq, perfractis caeli compagibus, ether
Terraq, in antiquum mox reditura chaos,
Totaq, dum mundi iam machina iamq, videtur
In latum & nostrum corruiura caput,
Et tam praecipiti cursu, tantoq, malorum
Agmine, Spes certa nulla salutis adest.*

Nec

Nec patet in terris miseri mortalibus aui,
 Auxilio quidquam consilium loci:
 Hos inter mundi strepitus, tristisq; tumultus,
 Tot gemitus, curas, damna, pericla, dolos,
 Solius in Domini gremium iactare labores,
 Et curas a quo pectore disco meas.
 Ille mea fuit, est, & erit spes unica semper,
 Anchora, dux, vector, portus & aura rati:
 Ille, scio efficiet, nec me sententia fallat
 Hac vnquam, ipsius numine nixa Dei.
 Is sine me, in Christo iam tunc me legerat, essent
 Cum tellus nihil & pontus & astra nihil:
 Is sine me pontum, terramq; creauit & astra
 Ex nihilo, verbo cuncta potente suo,
 Is sine me, multis annorum millibus astra,
 Inuitaq; fretum seruat aliq; manu:
 Is sine me hic semper, Satana inuitaq; tyrannus
 Collegit, faceret, qui sua iussa, gregem.
 Is sine me hunc proprii mundatum sanguine gnati
 Participem vita, iustitiaq; facit.
 Is sine me, Satana cernit, non approbat, ausu,
 Et Stygij modo fert impia capta gregis:
 Is sine me, posuit metas, ubi, tempore quanto,
 Curq; malos velit, &, quo tolerare modo:
 Is sine me, cum nil essem, mihi matris in aluo,
 Motus & mentis semina prima dedit:
 Is sine me, grauida clausum me carcere matris,
 In liquidas iussit luminis ire vias:
 Is sine me, Christum vita, solumq; salutis
 Gratuito auctorem munere nosse dedit:

Is

Is sine me, varijsmerso mihi penè procellis,
 Auxiliatrices prauit vsq; manus:
 Is sine me tutum & tranquillo rebus in arctis
 Pectore, praesidio praestitit esse suo.
 Is sine me, praterq; meam spem, prater & omno
 Iudicium mentis consiliumq; mea,
 Hactenus vsq; sua bonitate & amore benigno
 Exsarcit multis plurima damna bonis.
 Ergo metu posito vano, curaq; futuri
 Immodica reliquum tradere pergo Deo.
 IPSE scio FACIET deinceps quosq; cuncta, salutis
 Commoda qua vere nouerit esse mea:
 IPSE bonum FACIET mea quo caligine finem
 Illius in sancto nomine capta queant.
 IPSE scio FACIET, quoniam mihi posse benignus
 Iam dedit, ut faciam qua mihi velle dedit,
 Sincereq; velim, & pergam constanter id omne
 Omnibus in captis consilijsq; meis,
 Quod vult ipse, sua menti quod conuenit, & qua
 Grata sibi, verbo me docet esse suo.
 Et quoniam facit hac, facietq; v, sidera cuius
 Vni arbitrio stant mare, terra, Deus,
 Parce metu mea mens nimio tranquillaq; fraudes,
 Et tumidas hominum spernere disce minas.
 Sperne minas hominum: nihil hi, nisi puluis & vmbra
 Somnia, ridiculi & fabula plena mei:
 Ipse, scio, FACIET tristi discrimine rerum,
 Adferat ut certam rite vocatus opem:
 Quin etiam fractus subito illabatur ut orbis,
 Impaudum feriat tanta ruina caput:

Ipse

*Ipsē, scio, FACIET, solius sanguine Christi
 Ut mea perpetuo crimina lota sciam.
 Hanc mihi notitiam clemens, hanc spemq; fidemq;
 Extremum vite tempus ad vsq; mea
 Seruabit Satana invito, Satanaq; ministri,
 Et nihil hos in me iuri habere sinet:
 Istius & tandem ereptum de turbine secti
 In calum & celi gaudia dia vehet.
 Hanc igitur placido expectans horamq; diemq;
 In Domino vita munus obibo mea.
 Hec ego seu firmo possim comprehendere sensu,
 Siue mea nun sint hac rationis opus,
 IPSE tamen certo FACIET, quia fallere nescit,
 Promissamq; simul praestat & auget opem.
 Huic mea, meq; ipsum prece supplice trado regendum,
 Vsq; meum repetens IPSE scio EFFICIET.*

Neapoli Nemetum. clō Io xxci.

Finis Libelli Secundi.

Genes. 32. vers. 10.

MINOR SVM CUNCTIS MI-
 SERATIONIBVS TVIS: ET O-
 MNI VERITATE TVA, QVAM
 FECISTI SERVO TVO.

MEMORIAE

AMICORVM: QVORVM
 NOMINA IN HIS LIBELLIS
 LEGVNTVR, DEFVNCTO-
 RVN DIC. & CONSECR.



Aluete ô nitidæ mentes, quas orbe
 relicto
 Æthereos orbes nunc habitare iuuat.
 IPSE, olim, FACIET, vobis: Nunc, FECIT,
 in ore est:

Et iuuat & πᾶσι plallere πάντα Deum.
 Saluete. En præfert hic nomina vestra libellus,
 Qui sese per vos viuere posse putat:
 Et viuet, vestramq; fidem, vestrumq; loquetur
 Posteritas olim, si qua futura, decus.
 Proq; ducū pugnīs genij hæc certamina vestri
 Forte legens aliquis me quoq; in ore feret.
 Pro quo, quod solum nunc possum, hos dedico
 mixtos
 Cum lacrymis numeros, cum numeris lacry-
 mas.

F. M.

LIBELLVS CAR-
MINVM TERTIVS.



PSAL. CXVII.

LAVDATE DEVM
OMNES GENTES:
LAVDATE EVM O-
MNES POPVLI.

K NOBIL.

NOBIL. ET
AMPLISSIMO
VIRO DN. IOANNI
MYLLNER à MVLLHAVSEN,
S. C. M. à SECRETIS IN CONSI-
LIO REGNI BOHEMIAE.

Non possum aliter facere
neq. debeo, praestantissime Dn.
Myllnere, sed es mihi necessa-
riò in hisce praefatiunculis siue dedicatio-
nibus compellendus Tu quoq., inter alios,
vel potius pra. alijs: nisi aut fratris mei
carissimi, cuius caro quiescit in spe, memo-
riam deposuisse: aut officiorum humani-
tatis & gratitudinis oblitus videri volo.
Fuit enim tibi summa constituta neces-
sitas cum fratre p. m. meo: & duravit
illa inter vos multis & vinculis ligata
& officijs culta, quàm diu unâ vobis vi-
uere, & uni Domino in his terris servire
licuit.

licuit. Neq. tantum ad extremum usq.
spiritum fraternam pietatem & fidem ei
praestitisti sanctam & inuiolatam, sed et-
iam post obitum idem manes in ipsum
mortuum, qui fuisti erga viuum: qua re
& constantiam atq. grauitatem animi tui
declaras, & quod spem certam alas de
usu amicitiae vestrae in vita meliore, illa
nimirum verè vitali, in qua nobis con-
tinget, quam hîc expectamus, Redemptio
Israelis, instaurando, & quod ad eam re-
spicias in consilijs & actionibus tuis non
obscure demonstras. Et hac quidem de
fratre. Ad me quod attinet: cum & vo-
lueris viuo illo ipso Germano meo carissi-
mo, me non solum in eiusdem coniunctio-
ne, qua tibi cum illo fuit, societate admit-
tere, eandemq. sacro Compaternitatu, ut
nominant, vinculo, quo me sponte tua di-
gnatus es, arctius tibi deuinctum reddere:
sed etiam alijs officijs & beneficijs tuis, qua
K 2 & mul-

& multa & magna tum in me, tum in alios propter me fuerunt haecenus, & esse non desinunt: quid à me fieri potest, quod æquum sit & deceat magis, quàm ut de referenda gratia, aut aliqua saltem animi grati significatione edenda, etiam atq; etiam cogitem? Dum igitur me haecenus, & in praesentia destituunt alia: hanc particulam opusculi nostri placuit inscribere nomini tuo amplissimo, & hunc quasi testem aut obsidem dare meæ erga te sinceræ & veræ, simul etiam constantis & perpetuæ, iuvante Deo nostro, duraturæ fidei, & benevolentia atq; observantia. Ac peto abs te summopere, ut quicquid istorum à me suscipitur, in optimam partem accipere, & tuum amorem & animum, qualis haecenus in me fuit verè amicus & sincerè benevolus servare velis. Quod abs te contenderem verbis pluribus, si ut id fieret, necessum esse putarẽ. Ego vicissim quod haecenus

haecenus feci, pergam facere: hoc est, te amare, colere, & observare, idq; omni iure, & multo ac magno merito tuo nõ desinam. Nunc quidẽ sermone longiore, ne in comoda publica peccem, te detinere neq; volo neq; debeo. Scio etiam, non requiri abs te, ut verbis utar pluribus. Illud igitur solum addam, ut Deum opt. max. pro salute & incolumitate tua & tuorum invocem, & ab illius inexhausta bonitate & perpetua misericordia, Tibi, lectissima Coniugi, & toti domui tuæ ex animo precer omnia optima & optatissima. Quod Ego precor: id Ipse faciet, qui solus & potest omnia: & vult suis optima: cui sit laus, honor & gloria in æternum, & in nunquam finienda perpetuorum seculorum secula, Amen. Vratislavia, 1595. Mense Ianuario.

I. M.

LIBELLVS III.

ANDREAS DVDITHIVS SBAR-
DEL: CAES. CONSIL. &c.

Benigne Rex, cœlestium
Mortaliumq; conditor,
Quem terra, cœlum & inferi
Tremunt potentem iudicem:
Monauis, cernis, pius
Vt se paternæ credidit
Curæ tuæ? Nam prouidam
Mentem nihil fugit tuam.
Quæ sunt, fuerunt, quæq; erunt
Nutu reguntur omnia
Tuo, benigne cœlitum
Mortaliumq; conditor,
Adlis, pater, Monauio,
Eiusq; mentem dirige,
Vt gloriâ spectet suis
In omnibus factis tuam.

E Pascouiano. 1579.

HENRICVS RANZOVIUS,
EQ. HOLS. REGIVS DAN:
VICAR. &c.

Cunctorum nobis fons est, & origo bonorum
Qui regit hunc mundum, qui regit astra, Deus.
Hunc

Hunc studio reuerere pio, precibusq; profusis:
Prospera tunc cursus prouehet aura tuos.
Securum pietas patrio te in limine sistet,
Et curam pro te, ceu pia mater, ager.
Non caro te, non te deglutiet orbis & orcus,
Vnicus his cunctis obstruet ora Deus.
Hoc prasente tibi contagia nulla nocebunt:
IPSE etenim FACIET tutus vt esse queas.
Finge quid aduersi: FACIET tamen IPSE potenter,
Ingens vt lucrum, damna ferendo, seras.
Sis licet extremo septus discrimine vitæ:
Effugium Faciet protinus IPSE tibi.
IPSE suâ dextrâ matris te fecit in aluo:
IPSE vltra FACIET: Tu modo vota face.

IDEM.

Qui facit vt certo moueantur sidera cursu:
Nec minus est cuncti fons & origo boni:
Hic facit & FACIET qua vix sperare licebit:
Tanta Dei bonitas, si modo fidis, eris.

IOANN. ALBERTVS COMES
SOLMAEVS &c.

Machina quicquid habet mundi, spatiosaq; cœli
Quicquid compages: cuncta hac Deus vnicus au-
Candidst egregijs exornauitq; figuris. (tor
Hu pius ipse pater benè prouidet: ac facit vnum hoc,
Ex animo vt clemens quod condidit ipse gubernet.
Huic tua commenda: mordax si quando fatigat
Cura animum: FACIET Deus hic, ac diriget omne
Quod

Quod semel instituit, cum secula nulla nec vlla
Vsq̃uam orbis facies aut cæli extaret imago.

1584. 1000

EBERHARD. COMES SOL.

MAEVS D. I. MINCZB.

Sedula non tantum Mater parit, ast quoq̃, partum
Anxia conseruat, educat atq̃, regit.
Sic Deus æternus non solum condidit orbis
Inferus & quod habet, & quod habet superus:
Sed quoq̃, conseruat, moderatur, prospicit almus
Ipse pater. Solum hunc cura paterna premit.
Quare age quicquid aliis curarum pectore: Soli huic
Exonera fidens: Solus & HIC FACIET.

HENRIC. STEPHAN. I. C.
CAES. CONSIL.

*Paulinum illud: EX DEO EST SVF-
FICIENTIA NOSTRA: collatum cum Datis
dico: IPSE FACIET: & vtrumq̃, explicatum
comparatione trium locorum: nempe*

Iuuenal. Nullum numen abest, si sit prudentia: sed te
Nos facimus fortuna Deam cæloq̃, locamus.

Cicer. 3. N. D. Iudicium hoc omnium mortalium est,
à Dijs immortalibus petendam esse fortu-
nam, à semetipso sumendam sapientiam.

Ipius Christi: Non potest sibi homo sumere quicquam,
nisi sit ei datum desuper.

Nescia

Nescia mens causa, fortune numina fingit,
Idolūq̃, sui numinis ipsa parit.

Conscia mens causa, fortune numina ridet,
Atq̃, suo poscit cuncta satore Deo.

Quippe quoddam euentus rationibus accidit aptus,
Quas mens in miseris rebus arbela mouet:
Ausu quoddam ad libitum feliciter ardua cedunt,
Vt sua sit votū meta, sequela spei:

Debemus Regi causarum, ex lumine cuius
Mens radios celeres hospita carnis habet.
Nec tamen is turpi nos vult torpere veterino:

Quo tibi lux, tenebras ni regat illa tuas?
Vtarius radio mentis solerter, & acri
Grata polo, terris apta, labore pares.

Ergo penes nos est viū lucis, iudice mundo,
Successum cæli dat penus ista prece.

Scilicet IPSE DEUS FACIET, ne feruida nostri
Sors pensi, Ventis prada sit: umbra, spei.

DANIEL PRINCZ: CÆS.
CONSIL. & LEG.

Eheu quā varijs subiecta est vita periculis
Humana: assidue cui mala multa nocent.
Conqueritur celebri Regum qui viuunt in aula,
Et varios casus dinumerare solet.
Fortunam accusant, Diuum qui semper ad aras
Assistunt, sacris inuigilantq̃, libris.
Ingemit hic morbo nimium vexatus iniquo,
Ast alium cura pauperisq̃, premunt.

K S

Debi-

Debilu ex cruciat multos, tristiq; senectus,
 Dum plorant letos praterisse dies.
 Omnibus his, Iacobe, tuum prescribito carmen
 Diuinum: vita quod tibi norma fuit.
 Tristibus impliciti tollant ad sidera palmas,
 Offensi placent numina sacra Dei.
 Huic tristes mandent curas, duosq; labores,
 Qui facit, & fecit, cunctaq; qui FACIET.

Pragæ. 1586.

HIERONIM. MICHAEL I. C.
 Consil. Cæs. in Curia prouocationum
 Regni Bohemiæ.

Sæpe quidem varijs agitantur pectora curis,
 Sollicitusq; premit turbida corda labor:
 Dum velut incerto constant mortalia casu,
 Omnia forsue regat, mens male nostra putat.
 At nos hocce metu mandat Deus ipse vacare,
 Cuncta suo fieri consilioq; docet.
 Quæ sunt quæ fiant, fecit, facit omnia recte,
 Et faciet deinceps ordine cuncta suo.
 Ergo nostra ad eum tollantur lumina cordis,
 Ipse etenim faciet spe meliora bonis.

Pragæ. 1586.

CHRISTIANVS DISTELMAIR
 Cancellarius Electoris Brandep.

Nulla

NVlla potest melior prescribi regula vite,
 Quàm qua committit cuncta regenda Deo:
 Vig, is dispensat, placido sic pectore suffert,
 Ac precibus firmis commodiora petit.
 Admonet id studijs clari & virtute MonauI
 Dilectum: FACIET, symbolon, IPSE Deus,
 Seu dubia, aut bilatis, seu sors premit aspera, spera,
 Omnia qui fecit, qui facit, IS FACIET.

IDEM in insignia.

Luna triplex genti patrium est insigne Monauæ,
 Quam bene: Nam splendet dotibus illa tribus
 In patrium meritum: sancto pietatis amore,
 Et laudatorum fertilitate virum.

Berlini. 1582.

HENRICVS HVSANVS I. C.

QVi nos ex nihilo (nec enim nos fecimus ipsi)
 Fecit: in hunc factos seruat alitq; diem,
 Qui surdos facit auritos, mutosq; desertos,
 Qui bene, qui recte, quod facit omne facit,
 Qui quoties mortem discrimina mille minantur,
 Inuitaq; obsessis ad latum omne via est,
 Nos facit opposito fidenter dicere monti,
 Tollitor in vastum præcitorq; salum:
 Nec mora, concussu totus tremis ille cauernis,
 Inq; alias pelagi cedit abactus aquas.
 Qui pius & facilius miseresce, tardus ad iram
 Nobiscum placidi more parentis agit:

Ps. 100.

Mar. 6.

Matth. 21

Ps. 103.

Cuius

Exod. 17 Cuius eunt nutu rigidi è cautibus vnde,

Exod. 14 Stat mare paritum, trajectiturq; vado.

Iosue 3 Flumina frenato subsistunt torpida cursu,

Ios. 10. Astonitus celeres Sol remoratur equos.

Ex. 16. Num. 11. Gen 7. Gen. 19.

Manna, Coturnices, Cataclysmum, Sulphur & Ignem,

Dissimili cælum conditione pluit.

Ille Deus, Deus ille, boni fons omnis & author,

Qui sibi fidentes deseruisse nequit,

Math. 10 Nomina qui nostris ponit, numerumq; capillu,

Ps. 56. Qui nostras lacrymas excipit vire suo.

Qui miris promissa modis sua prestat & implet,

Quas nulla assequitur vi rationis homo.

Rom. 8. Omnia qui nostra facit inseruire saluti,

Hic FACIET nobis ut bene cuncta cadant.

Huius in vniu (quisquis sapi) omnia qua te

Sollicitum reddunt exonerato sinum.

Nec moueare loco, sed vincere disce ferendo,

Fortunamq; tuens rectus vtramq; tace.

Dispream, si non euenta secunda sequentur,

Et fidei merces ampla futura tua est.

O procul angores, procul ô discedite cura:

Causa malo claudi nescia sine bona est.

Luneburgi Sax. 1583.

IOACHIM MYNSINGER à
FRVNDECK I. C.

Fide Deo soli: sita sit spes omnis in IP SO,
Ancora sit solus, praesidiumq; tibi.

Succes-

Successum tibi felices, & prospera quaq;

Is dabit: Illius munere tutus eris.

Ex arce Guelphorum. 1586.

MATTHÆVS VVESENBE CIVS
I. C.

Commenda Domino vitamq; viamq; fideli,
Illic FACIET votis prospera fata tuu.

VViteb. 1580.

SCIPIO GENTILIS I. C.

Cæsaris Octauij miles, mussante Senatu,
Cum peteret puero Consulis imperium,

Ostendens gladij capulum, sagulog; reduclo

HIC FACIET, dixit, profuitq; foras.

Impius hac miles. Quid tu venerande Monau?

IPSE, inquit, FACIET, cuncta supercilio

Qui mouet, ostendens lessei è carmine Regis,

Hac est illa animi tessera nota tui.

Insistensq; polo, nulla excruciaris Erynni,

Et factum hoc spernis deterius chalybe.

Quod non mille acies aliq; nec Casaru ensis

Possent, hoc prestat IPSE tibi FACIET.

Altorpij. 1584.

PETRVS VVESENBE CIVS I. C.

Posse aliquid quod velle queat, vel quod velit ipse
Velle, hominis non est: Sed Ioua virumq; facit.
Quid

Quid tu precipuos inter memorande Monauis?

Nil te posse putas, IPSE quod haud faciet.

Recte equidem, qui cuncta Ioua linquenda relinquis,
Securus fieri, quae fieri ipse velit.

Nam qui cuncta facit, parat omnia, & omnia donat.

IPSE, inquit, FACIET quae facienda manent.

Hic tuus est polus, huc adigis tu rite celeuma:

Hic, quo te sistens turbida, portus adest.

Felix qui ferit unde metat, quod vota volebant.

Hic, si certa fides, irrita nulla facit.

Et tibi si verbum FACIAT, satius, IPSE: tibi omnia

Facta: tibi cuncta uis, nil tibi cuncta alia.

Macte fide: tibi IOVA BONVS, tibi fidus AMICVS:

IPSE potens FACIET quae facienda putat.

Altorpij. 1594.

ABEL STRASBURGVS I. C.

Quicquid erit tandem: mundus fremat: arma sacros

Intonet: innocuos aulica vexet anus.

Mendicata sui quarant suffragia technis.

Quos vero auersos deuus error agit:

Vindicta studium infelix, animusq; nocendi

In patria iuret publica damna tua:

Cetera, qui cunctis liberrimus imperat autor,

IPSE sua FACIET, pro bonitate Deus.

Hunc penes euentus rerum est: crudeliter errat.

Consilijs hominum qui putat astra regi.

Aurelijs Gallor. An. 1572.

OBER-

OBERTVS GIPHANIVS I. C.

Tristia secla videns clarus pietate Monauis,

Omniaq; in peius cotidie ruere:

Sacra (heu) disidijs violari: publica belli:

Libera questu: Alia, fraude coli studia:

Ingemit ille quidem: sed cedere, turpe, dolori,

Et dare se lacrymis, mens generosa putat.

Cumq; malus homo tam grauius praestare potissit

Nullus: ab aethereo poscit opem Domino.

Ille potest Deus & FACIET, ut floreat vna

Pax inter reges aurea Christicolae.

Ille potest FACIETq; pijs ut norma sit vna,

Vno omnes ut sint pectore Christiada:

Ille potest FACIETq; Artes, contemptibus vig;

Adserta à viris ingenua vigeant.

Ille potest FACIETq; opifex, mercator, arantes,

Artes quicq; suas ut colat innocuas.

Ergo age, quicq; potest Deus hac FACIETq;, volentem

Reddamus castis moribus & precibus: (hunc

Nosq; tuo interea solemur, amice Monauis,

Aureolo: FACIET IPSE IOVA, clogio.

Ingolstadtij.

ALBERTVS VRSINIVS D.

Syndicus Reip. Vratisl.

Tempora, Mens, Corpus, tria sunt, quae sucta moueri

Fabellam humana conditionis agunt.

Tempora fortunâ variantur, ut oblita dulci

Melle modo, tristi sed modo felle suant.

Mens

*Mens varios patitur motus, aut gaudia carpit,
Aut spem, mox luctu pressa, metuue super.
Corpora sunt hominum varijs obnoxia morbu,
Et qua mane vigent, vespere strata rigent.
Vt tamen ista pijs colliment omnia letum
In finem: rerum fons Deus IPSE FACIT.*

I D E M.

*Subditus esto Deo: Christo confide vocanti,
Et cures sortis debita pensa tue:
Iunge preces penso, constansq; pericula perfer,
Letus & euentus opperiare bonos.
Nam faciet qui cuncta facit, fecitq; Iehoua,
Qua cupis ut fiant, vel meliora, tibi.*

1587.

HIEREMIAS VENETVS.

*Q*uid faciunt homines, nisi pessima? Nam malus illos
Spiritus, aeterni numini hostis, agit.
Sed Deus omnipotens bene solus qui omnia fecit,
Praemia dat iustis, dat quoq; digna malis.
Organon ille suum te fecit amansq; iuuansq;
Illud & ut maneat, IPSE etiam FACIET.

GEORGIUS TILLENVS D.

*Q*uam dat IOVA, fide, facti promissio nunquam
Euentuve est, cassa suo, promittere quando
Et facere illi aequae sunt prompta, ut tempore eodem
Vox & opus plenum inq; aure obuersetur & aura.

NON

*Non homini vis tanta, leui qui blanda tenore
Verba iacit, magnamq; facit spem tristitia passu,
Sed fallax adinctum operi fortuna reliquit,
Deq; illo risum facit ac ludibria mundo:
Vnde & consulti legum inuenero medelam,
Vt si factum aliquod minus apti implere nequimus,
Pensator falla possit succedere nummus.*

*Et nondum in nosmet descendimus, egrag, quam sit
Res homo, quam fidei mansura, & virium inani,
Quoq; domo propria & fibris scrutamur in imis?
Caute igitur Iacobe facit, qui fluxa sub orbe
Omnia cum Luna sint, vltra sidera caeli
Altius ingredere, & spem tecum illi vsq; sequacem
Deduci, firmasq; notis, quas praescia fati
Immoto in IOVAE solio signauit Alethe.
Fallax omnis homo est, sed qua Deus ore profatur,
IPSE suo, FACIET vim, fructum & pondus habere.*

1586.

CASPAR FRANCK: S. C. M.
à Rationibus.

*Q*ui putat, ut rectum FACIT extrahat, hoc velut
vnum

*Pracipue, ne quis calculus erres, agit:
Sic verum ut FACIT inuenias, diuine Monui,
Lex abacum praestat cui veneranda Dei:
Hoc facit ut FACIT IPSE tuum fateare Iehouam,
Qui bene quod facimus, solus id IPSE FACIT.
O bene. quiquis ad hanc sua facta putabit amussim,
Inq; solo, inq; polo rectum habet ille facit.*

L

In Sym-

In Symbolum anagrammatismus
SIC AMO VIVA BONVS:
SIC BONA VIVVS AMO.

*Sic amo viua bonus, terrena vt mortua credam
 Cuncta, Des vnus dogmata viua sciam.*

*Vig, caduca putem mundana, perennia ducam
 Calica, dum viuo Sic bona viuus amo.*

Aliter.

*Sic amo viua bonus, Christo vt benè viuere vitam
 Esse sciam, at mundo viuere id esse nocem.*

*Vig, habeam mundi bona non bona: calica credam
 Optima, dum viuo Sic bona viuus amo.*

Aliter.

*Sic amo viua bonus, credam vt iactura caduca
 Vita, quod vitam dat super astra nouam.*

*Vig, sciam quando hac bona liquevo, vera capeffam
 Quod bona, dum viuo Sic bona viuus amo.*

Cassouix in Vngaria. 1592.

SIMON VLRICVS: HART-
MANNI F. Pistoris.

Summæ nec pietatis indigentem
 Curam, Christicolas non indecentem,
 Quæ sic res hominum quæta curet
 Vt ne vel nimium minusue curet,

Et

Et quæ cuncta Dei in manum potentis
 Committenda putet: simulq; mentem
 Quæ non luxurians nimis secundâ
 Cum fallax hera forte spirat aurâ:
 Nec deiecta metu graui malorum
 Iactatur quibus hæc misella vita:
 Sed quæ præsidio Dei reposta
 Solo, despiciat pericla cuncta,
 Quæ rebus dubijs licet, referuet
 Spem nunquam dubiam silentiumq;: *Esa. 30.*
 Verbis ante oculos sibi duobus
 Quis vult constitui? Tuum subinde
 Dico perlepidum, pereruditum,
 Et fonte vt patet è sacro petitem
 Præstantissimi Symbolum Monau
 IPSE inquam FACIET tuum Monau.

Seu felicij ad Albim. 1592.

IOACHIM. CAMERARIUS D.

O Mores hominum insanos? ô pectora caca?
 O turba æterno non benè fida Deo?
 Siccine quis proprijs confidens viribus, ore
 Diuinum tumido despicit auxilium?
 Hic opibus flauoq; potens, quod possidet, auro,
 Cuncta ait vt cupio diuitia facient
 Scilicet humanis Regina pecunia rebus
 Imperat atq; suo cuncta agit arbitrio.
 Illa etiam celsas natura & molibus arces
 Occupat, & duris oppida clausa seris.

L 2

Dum

Dum modo per portas auro bene onustus asellus,
 Perq, aditus tutam possit habere viam.
 Non illa Emathium latuere inuenta Philippum,
 Quis urbem quondam cepit Olynthiacam.
 Non Tatum, armillis custos capitolia pacis
 Cui dedit, & sacra duxit ad arcis iter.
 At alius telus & dextra robore fretus
 Et gladio exultans: Hic ait: HIC FACIET.
 Vt dixit, fasces puero trabeamq, Tribunus
 Caesari ab augusto qui petijt patribus:
 Quig, in ceruices nostras hoc tempore, cornu
 Intendunt Geticum, barbara turba, Scythae,
 Iamq, procul galeis, signuq, micantibus instant,
 Speq, vorant Latij est quod reliquum imperij.
 Hic leuibus confidit equis, hic acinace nixus,
 Auxilium videt praesidiumq, Dei.
 Nos vero contra freti caelestibus armis,
 Et veri auxilio praesidioq, Dei,
 (Fœdis fragi vires qui coneret ipse tyranni,
 Et casum ingentem sternet in oceanum)
 Dulcissimis cuncti numeris cantamus ouantes,
 IPSE Deus cuncta hac: Ipse Deus FACIET.
 Scilicet vt fugiat trepidi excussus habenis
 Hostis, & vt penetret panicus ossa timor.
 Vt linquas fractos pulsus cum falcibus axes,
 Et reddat terras quas prius abstulerat.
 Hac veluti Solyma vates, praeclare Monau, i
 Suppeditat vira symbola grata tua:
 Sic nostros meminisse velim, qui castra sequuntur,
 Et seruare sacra symbola militia.

Ludouicus Ioach. F. Camerarius: cariss. parens
 tis nomine fac, L. M. Altorfi Noriberg.

IOANN. HERMANNVS.

Q^{ui} μόνος est Rector, Monau, is facit omnia Recte:
 Fecit IS & FACIET: nam sapit ille μόνος.
 Ille μόνος Solu cursum regit, ille σεληνός
 Orbi idem Monauos & dedit ille duos.
 Et caelo idem vnum repetens, Iacobe reliquit
 Te μόνον: aeternum nec finit esse μόνον.
 Datq, nouum Monauum: & plures dabit: vñq, det oro,
 Perpetuo Monauos seruet & ille μόνος.

M. D. Lxxxxiv.

LAVRENTIUS SCHOLCIUS
Med. D.

ET spes atq, spei nostra firmissima fulcra
 Vs dicam qua sint? IPSE Deus FACIET.
 Huius & aeternae solatia certa salutis
 Vs dicam qua sint? IPSE Deus FACIET.
 Quis caeli & terra quatientibus irruet orbis
 Vs dicam qua sint? IPSE Deus FACIET.
 Vnde caro viuet? Caro mortua nullaq, surget?
 Vs dicam paucis? IPSE Deus FACIET.
 Facta Deus fecit, ceu scripta & facta loquuntur:
 Factaq, qua restant: IPSE Deus FACIET.
 Vt viuas faciet: Vita vt soluaris: vt istam
 Post aliam viuas: IPSE Deus FACIET.
 Qua voluit fecit. Qua non vult, vt pote verbo
 Aduersata suo, non Deus IPSE FACIT.
 Qua voluit, non qua potuit Dominus facit. Ipse est
 Velle potens: at non omnia posse volens.

1586.

MATTH. STOIVS. D. Med.

Frustra spes hominum, frustra vota omnia: vota
 Si modo facta homini, spes modo nixa homine.
 Nec spes certa adeo vlla, nec vlla adeo rata vota
 Hac nisi nixa deo, hac nisi facta Deo.
 Namq, homo vel non vult, vel quod petis haud potu ipso
 At quod cunq, petis, vultq, potestq, Deus. (est:
 Mitte homines: committe Deo teq, & tua soli
 Qui vult atq, potest: IPSE etiam FACIET.

Regiomonti Boruss. 1579.

FRANCISC. HILDESHEMIVS D.
Medicus Electoris Brandep.

Quid sit futurum in orbe, tot nutantibus
 Regnū, ruente viribus mundo suo,
 Fati casena quo resoluetur modo,
 Quando peribit quod creauit Conditor
 Ego scire nolo, Solus ista scit Deus
 Qui regna regnū, regibus reges domat,
 Ponit, reponit, atq, mundi hoc punctulum
 In quo tumultuatur humanum genus
 Umbra sua manus potente dirigit.

Qui vita vita & vena rerum est omnium,
 Cui posse velle est vnus omnia omnibus
 Ac totus IPSE: sicubi Fecit omnia
 IPSE FACIET. me ferrefactorem meum
 Et quod facit, non improbare conuenit.

Berlini. 1594.

CASPAR

CASPAR HOFFMAN MED.
D. Eiusdem P R. Archiater.

Cum Medicus purgat, venam secat, vrit & vngit
 Dulciaq, his agris, prabet amara alijs,
 Dicimus, Est medicus, nouit quid conferat agro,
 Ipse, quod egroto proderit hoc faciet.
 Hunc homines homini medico largimur honorem
 Atq, erat hac potius laus tribuenda Deo.
 Est Deus, ergo potest. Pater est, facit ergo libenter:
 Nobis, velle modo & sit modo posse fides.
 Siue igitur moriens durū iactabere fatus,
 Siue animum rodent cura dolorq, tuum,
 Quicquid id est perfer sine murmure, quod finit alto
 Consilio fieri sine bonoq, Deas.
 Christo fide, tuum fac munus alacriter, ora
 IPSE quid expediat scit FACIETq, Deus.

I D E M in insignia.

Tres Luna in clypei lucentes orbe Monauī
 Sunt bona fortuna, corporis, atq, animi.
 Sed praestant animi dotes: comitantur easdem
 Corporis: hū regitur fors quod amica dedit.
 Calitus hac genti quia sunt data dona Monaua,
 Augeat & seruet qui dedit ista Deus.

Berlini 1582.

FRANCISC. TIDICÆVS D. Med.

Quaritur, afflictis, quarum plenissima vita est
 Rebus, opem certam qua medicina ferat

L

Quati-

Quaritur, & merito: quid enim praestantius vsquam
 Esse quis, assidui quam medicina mali.
 Atq; alias alij iam quesuere medelas,
 Vis quarum in multis irrita saepe fuit.
 Sed verum omnigena crucis esse Monavius ille
 Antidotum, Diuum numine nactus habet.
 Quodnam illud? dices: non est ex pluribus illud
 Mixtum, ut misceri pharmaca plura solent.
 Estq; merè simplex, quo non quicquam datur vsquam
 Simplicius, vel par simplicitate sua.
 τὸ δὲ τ' αὐτ' ἀγαθὸν ἢ ὄντως ὅπ' τ' αὐτὸ καλῶσι
 Ipsum ens, & qui fons dicitur esse boni.
 Qui rerum Factor, cunctiq; quod extat origo est,
 Quaq; opus est fieri, qui benè cuncta facit.
 IPSE, inquam, faciens FACIET, quidquid modo factu
 Difficile humanis rebus inesse potest.
 IPSI ergo FACIENDA dabo, quæcunq; misellam
 Crudeli vitam pondere dira grauant.
 Huic tu factori te te committito, & omne
 Curatum recte quicquid habere velis.
 Is fidus rerum Effector, quem nulla fefellit
 Actio, quemq; vnquam fallere nulla potest.
 Huius opem in promptu quicunq; habet, ille paratam
 Et solidam ad quæuis semper habebit opem.
 IPSE etenim FACIET, faciendoq; omne grauamen
 Quo premeris, facili leniet ille manu.
 IPSE FACIT FACIENS: felix ut & exitus omni
 Conatus marceat: sic facit ipse: tuos.
 Ipse arumnarum faciendo est vna medela,
 Rebus & aduersis, dum FACIT, vna salus.

Hunc

Hunc ergo auxilijq; boniq; cape vite fontem:
 Omnū hic haud fallax est medicina mali.
 Hinc petite auxilium ad quæuis discrimina rerum,
 Sitq; modo in solum cura reposta Deum.
 IPSE etenim FACIET. testis Monavius ille,
 Doctrina, ingenio, consiliog; graui.
 Thorunij Borufforum. 1590.

DANIEL BVCRETIVS Med. D. in
 Scitum: cum nominis anagrammatismo.

IPSE FACIET: scitum Monavi Inobile,
 Scitum aureum, contra nec auro fulgido
 Carum, Indiciq; lapidulis prectosius
 CASV SVB OMNI IOVA scutum eidem cluit,
 Scutum omnibus longe omnium armis firmitus,
 Operibus & praestantius Vulcanijs:
 Non arte, non dextra hominū, aut Diuunculi
 Factum affabre, sed cœlitum donum, æthere
 Demissum ab ipso, Ioue & ex armatio.
 Quis enim negasset munus hoc scutum poli,
 Tanta omnia ipso qui latere in nomine
 Cernit, sacro nimis & beato in nomine?
 At te beatum plus, Monavi, dicere
 Quam est hominū, & plus quam hominū haud est dico-
 Tibi quæ malorum dira noceant fulmina (re?
 Sciti huius & scuti arduo munimine
 Tecto caput pedesq; membraq; omnia?
 Tibi quæ bonorum lata desit copia,
 Mala cuncta cui bona prospera semper vice
 CASV SVB OMNI IOVA prasto: IPSE FACIET.
 Rhodopoli, 1590.

PETRVS ROTH: Doctor Med.

Plena malis atas hac nostra: quis eruet inde?
Est Deus. IPSE, fide ni dubites, FACIET.
Fluctibus in medijs Christi ratu acta fatiscit:
Est Deus. IPSE sua Nautaratu, FACIET.
Res intestinis quassa armis publica nutat:
Est Deus: IPSE sui Dux populi FACIET.
Obuia coniugibus mala tot quot Demonis artes:
Est Deus: IPSE autor coniugij FACIET.
Seu fors lata iuuat, seu nos aduersa fatiget
Est Deus: IPSE salus nostra uti sis FACIET.

Sponsus fecit, 1587. Eleutheropolis.

PAVLVS FABRICIVS D. Med.
 Cæs. Mathemat.

IPse igitur faciet. Melius quis fecerit illo
 Omnia qui recte vultq, potest suu.
 Viennæ, 1579

IOHAN. FRANCVS Med. D.

Tquicung, genu curarum mole grauatus
 Fide Deo, faciens speq, fideq, preces.
 Mille pericla pios circumdant, mille dolores,
 Est Deus in cunctis ancora sacra malis.
 Vultq, potestq, suum dextra defendere catum
 Cum procul esse putas, proximus esse soles.
 Non metuas sauos Satana mundi, furores
 Qui tulit auxilium, feritq, feretq, Deus.

Noë

Noë licet media sis in discrimine vita,
 Immineant clavo tristia fata die:
 Auxiliante Deo tibi nulla pericla nocebunt,
 Hostibus in medijs hoc duce victor eris.
 Ipse modum nouit, tempusq, locumq, iuuandi,
 Fide Deo, & sanctas tu modo funde preces.
 Ipse tuos gressus, & cunctos diriget actus,
 Ipse tui curam noë dieq, geret.
 Ergo tuas committe Deo, mens anxia curas
 Expectans certam spe patienter opem.
 Et facit & faciet bene qui Deus omnia fecit
 Felix qui fido fidit ubiq, Deo.

Camitij Lusat. 1586.

ABRAHAMVS BVCHOLCZER
 Theol. & Chronol.

Quid sum? Quid feci recte aut feliciter vnquam?
 Ne totum hoc Ioua sit miserantis opus.
 Vna salus homini est, certam sperare salutem
 Si mens plena fide sit prece iuncta Deo.
 Sic operum radix feliciter insita cælo
 In terris fructus proferet alma suos.
 Ah Deus, esto mea simul & λφ ac ωμéγα vita?
 Quod facio facias. Et scio: Tu facies.
 Eleutheropoli Siles. 1579.

LEONHART. CRANZHEIM
 TH. & CHRON.

Qui iubet ut facias, studio fac cuncta fideli:
 Si qua ferenda monet, ferre memento Deus.
 Qui

δρεφάμνυτο σοφίης ἀγαπήνορος ἄνδρα προσάσκει,
καὶ μύθοις πικυνοῖσι κηκασμυλίοις οὐς συνάγεται
ἐκ περάτωρ, πολλῶν δ' ἰδέεσσι ἄσπερα καὶ νόον ἔγνωε,
ἔνθεν εὐκλείης ἐπέθηκε, σέο τ' ἠνεκέες αἰεὶ
ἔσονται κλέοι ἐδολὸν ἔως ἐτί φαίνεται ἥως,
εἰσδὼκε τείρεα καλὰ κατ' αὐθέρα βυκολέονταί,
ἔνθεν ἀριπρεπέεας κηκασμυλίοις ἠροίησι,
καὶ πολλὰς εἰς ἄκρον ἀγαφθέγκταις ἀρετῇσι
λαμπυρόων, ὅ δ' ὤρων ἐπισμυλίοις γλυκὺ μυσῶν,
ἔδρην αὐπυάτῳ ἔλαχε, γέρας ἀνδράσιν ἀγνόντων.
οἷδ' ὅ αἰεὶ τιμαῖς ἠρώσι κυδάνουσι,
ἥ δ' ἀγανῶς φιλέουσι καὶ ὥς θεὸν εἰσαρόωνσι
οὐρατισλαβίῃς πολυμήτιες, ἥ γὰρ ἅπασι
ἀκροπόλιν πύργους τε καὶ ἄσπετον ἔκτορ' ἐτύχθης,
κυμπάντωρ τε μάλιν' ἀγαθοῖς πολέεσιν ὀφέλλεις
πιερίδων ἀρότας βροτοθελγίας, εὐφρονας ᾧ δ' ἦς
τέκτονας εὐκελάδων, οἷε ἥντε κοινὸν ὄνειρος
μετὰ περιουετᾶσιν καὶ ἀλλόθεν ἐρχομυλοῖσι
ἔπλεο, δυσήνοισι δ' ἦς ἀκροῖς, ἄλλας ἀνίης.

τῷ σε θεῶν χαρίεντες ἰοπλοκῶμων ὑποφῆτα
ἠνεκέως οἴσασιν ἐπὶ χθόνα πάσῃ, αἰοῖοι
μυσάων πῆγυγας φορεῦμνον ἠερίοισι,
σῶν φῆμιν μεγάλην, τίδ' ἐκάλλιον ἀνδρὶ γένοιτο
ἀφνειῶν πολέεσιν ἐφεζομυλίων κτεάτεσιν,
ἥ ὅτε μιν μελείωσι θεοδέσι κοσμήσασιν
πιερίδων ὄφνηχες ἀγάφρονας οἶον ἔοικε
κυδάνην ἠρώας ὀτέρω κλέοι οὐπὸτ' ὀλεῖται.

σοὶ δὲ νόοι σῆθεσιν ὑπὸ σιβαροῖσι μένοιτο
ἄσπερ ἦς τοῖστος, ὅλῳ παλιν αὐτῆς τιμῶν
πεμπόμνυτο κρήνῃσι θεῶν μέγα κοίρανέοντι,

ῥήμασιν

ῥήμασιν οὐ πεπιθῶν ταχυδινέσιν ἀλλὰ θεοῖο
εὐλογίῳ θαλέῳ ποτιδ' ἐγμυλὸς οὐρανόθι πρὸ.
μετὰ σε θεὸς σῶζοιτο καὶ ἀρετιμελὴ κομείοιτο
νόσφι κακῶν, ἀνύθοντα τεὸν βίοτοιο κέλνθον,
μυσάων μωνᾶς οἴλον φάος, ἐδολὸν ἔρεσσαν,
πάνσοφ' ἄνδρες, χρυσῶν τε καὶ ἀργύρεω ἀνπερύχοντες
ἄξει δεσπεσιῶν ἀρετῶν χάρις ἥσ' τέον ἦτορ
κύνειμον ἐξάσκησε θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη.
πῶς ἀρετὰ ὅ ὑμνήσω πάντως ἐνύμνον ἐόντα·

λοιπὸν ἐμοὶ τοδὲ μῦθον ἐν ἐλπίδι δὴ καὶ πέφυκε
ὥς καὶ ἐν εὐχολήσιν, ὅπως χλοᾶντι προσώπων
εὐμενέως φαίνω καὶ ἀγνώσῃ περ ἐόντι
εἰσέτι καὶ φιλίας πολυκύνειος ἰσχανόωντι
ὑμετέρης, αὐτῆς τε πολλὴν δριμύτην ἔχοντι.

δέχυνσο γὰρ φιλικόισι προσώπασιν, οἷσι θεῶν
εἰώθας προστυξαι ὀπάνας εὐρεσιτέχνων,
σὸν οἶλον, ὅρ' ἀρετῆς σὺ τέης ἵν' ἔγῃ κίχηςας,
δέχυνσο σῆς φιλότῃς ἐρευνητῆρα Νεάνδρον,
ἀσπασίως, ὅρ' φοῖβος ἀπ' Ἠλυσίης ποτὲ γάμης
ερκυνίης ἱεροῖσιν ὑπ' ἄλσεσιν ἐγκατένευσε,
ἥχι κατὰ συχέαςιν ἀρετὰ μένιν λάτειςιν
εἰλφείδῃ δ' ἐδμῆται δεσπῶντι ἔντος ἐρίπνης,
εἰλφείδῃ, μυσῶν ἱερὸς δόμοις ἀπὸ καλέοντα
ερκυνίδες, παρὰ νῆμα Διάντρειοι ἐφίωσαι
ἀμμίγῃ πιερίδων ἰδὲ δεσποεῖμοσι νύμφαις.
αὐτῶν ἱεῖα, θεῶν ἰότητι, Νεάνδρον
δέχυνσο καὶ πῆχυνον αἰεὶ φιλότῃς ἀγασῶν,
ᾧ τὴν αἰεὶ τέον οὐνοῦ ἐς ὑπερὸν ὥς τοπάρειβον
αὐτὸ οἶον τε οἶλον τε, ἔως μοι γόνατ' ὀρώσῃ,
ἔσται ἐνὶ σωματικῇ καὶ ἐν νεοβλεπῇ μνήμῃ,

εἰσοῖ

ἔισα ὅν ἡμετέρῃσι μένῃ προπιδέσιν ἄντμῃ.
 Χαίρε νυλ ἡμετέροισ ἐνάντησιν μελέσιν
 προφρονέως, Μωνᾶβε τιτιμένε δι᾿ αἰσί μῦσαι.
 οὐλε τε καὶ μέγα χαίρε, διὸς δέ τοι ὄλβια δόικ
 δαφιλέως ξύμπαντα τάπῃ φρεσὶ σῆσι μενοινᾶς.

I D E M.

Ὡς ἄρα συμπάντων ποταμῶν πάσῃσι: θαλάσσης
 ἔσι πατὴρ μέγας ὠκεανός: καὶ φέγγῃ ὁπᾶζῃ
 μῦνῃ ἀνὰ χθόνα πᾶσιν ὁ χρύσεον ἄσμα κυλινδῶν
 ἡλέκτωρ, σελᾶφ δέθ' ὁμῶ νύττας τε καὶ ἡμᾶς:
 ὡς ἔ παμμεδέων προμῶς ἀθέρεῃ ἄρχῃ ἐτύχθῃ
 ἔ πηγῇ πάντων ἀγαθῶν, ἔξ ποικίλα κόλπῳ
 ἐνρυχανῶ καὶ γαῖα καὶ οὐρανός ἀμεικλάντῃ.
 φρέιατῃ ἐκ τῶτα σαλάφ καλὰ πάντα χάμαζε
 νωλέμέως πρόπῃ ἡμᾶς ἀπὸ εὐλύμωσις κολῶνῃ.
 ὄλβῳ γὰρ πέλαγῃ πέλεν ἄσπετον, εὐ ἄπο κελύωα
 χαλδῶν ἔσ' ἀφθονίῃσιν ἀπεπλήμμενεν ἀπάσῃς
 εὐτυχίῃς τ' ἀρετῇς τε καὶ ἀμειροσίῃς βιότοισι.
 ἦτοι ὁ μὲν βροτέον γένῃ ἔσπασε χερσὶ κραταίῃ.
 καὶ μιν προφρονέωσ' ἀχειροντίδῃ ἐξισάωσεν
 ἐκ φυλακῆς, δώροισι πολυαῖοισι δ' εἰσέτι φέρεθ'.
 ζωῆς δ' ἡμετέρῃς ἀρχῇ πέλεν ἡδὲ τελευτῇ.
 τῷ δ' ἡ ἔ μῦνῃ δόμῳ ἀφθιτοῖν ἔνχῃ ἔεικον
 ἡμέας, εὐδόςγω τε διὸν ὀλιότητι γεραίρεν
 αὐτῷ ἔσ' οἰκτιρμοῖσι τ' ἐνθεσιν ἐνχετάσθῃ.
 Ἀλλὰ σὺ παμφύχῳ κραδίῃ λιτάνευε ἔργον
 ἄμφεπε γενναίως, ὅ, τι σέ χρεώ ἐσι τελέσαι.
 ἔ ἄλλα δι᾿ ἀφθιτοῖν ἐπὶ τρεῖς νεύμασι βολῆς,
 Αἴτοσ ποιήσῃ, τῷ γὰρ τ' ἐνὶ γένουσι κῆται.
 σωὺν δι᾿ ἐνυλογίῃσι πανόλβιῃ ἔωσται οἶμῃ
 ζωῆς.

ζωῆς, ὕδατῃς μέγιστον τέματῃ, ὡς ὁ πανόπῃς
 κοίρανῃ ἀγριοθύμῳ ὑπὸ φρεσὶ μήδετο βολῶν.
 πᾶς πόντῃ ἀρχῆς ἄπας βίῃ ἐσὶν ἀπρηκτῃ.
 ταῦτά νυ γιγνώσκων καὶ ὑπὸ φρεσὶ βυσοδομεύ.
 ὡ γενεῆς ἰάκωθε μοναυδῃ εὐκλεές ἐρυνῃ (ωρ,
 εὐ ἔ ἐπισαμνῶς διέαις ἐνὶ χερσὶν ἔθνηας,
 ὁππότε σοὶ γλυκύθυλῃ ἐπεξυνώτο δαίμων,
 πλὴν ψυχῶν καὶ σώμ', ἄλοχον, ὅλῃα τέκνα, ἔ οἶκον.
 τοῦνεκον ἐνσεβίῃ, σφίῃ, διδᾶχῃ τε φανῇ
 γυνήτῳ ὕψιστος ἐπέεφε σῆο κέρωνον,
 καὶ δέμας ἀγλαίῃ πολλῇ τέρῃ ἐξοχον ἄλλων
 κόσμῳ, ἀργυρέῃς, λάμπειν, ὅσον ὅμμα σελῶν
 ἀμειροσίῃ διὰ νύκτα, τῆς ἀνὰ βᾶθρα πόλῃς.
 εἶνε ἐν δαίμων, ὁ διὸς δέ τοι ὄλβια δόικ,
 ὡς σῶς ἀσκηθῇς τε καὶ ἐλυπέος ἀμμορος αἴσης
 λαίτῃα διαπλώσῃς ἀμειροῖσι βιῶνῃς.
 μυσάων δ' ἡρόν τε μενῆς διερᾶπτεσιν ἀρωγῇ
 καὶ κῦδος πορίδ' ὅσον, ὡς σέο νῆα πελάζῃ
 ὅρμον ἐφ' ἡδ' ὑγᾶλῳ ἀεθαλέος παραδείσῃ,
 ἥχι γᾶνος θαλάσῃ τε καὶ ὡν τ' ἐπίλῃσιν ἀπάντων.

*

Cunctarum velut vndarum, pontiq; profundis
 Maximus Oceanus pater est: Et lumina mundo
 Impertit toti solus, qui voluitur aut eis
 Phœbus equis, splendens pariter noctesq; diesq;
 Sic etiam cæli summa qui præsidet arci,
 Cunctorum pariter fons est Et origo bonorum,
 Quæ varia apparet spaciola per atria mundi.
 Hoc ex fonte bonum per terras omne redundat
 Iugiter, inq; dies de vertice manat olympi.

M

Diues

Diues opum pelagus namq; est, vnde vberē venā
 Flumineq; assiduo mortalibus obuenit omnis
 Prosperitas, Virtusq; & dulcis copia vita,
 Scilicet Ipse manu forti genus omne creauit
 Mortale, atq; vltro tenebrosa ē sede redemit
 Inferni, donis idem & nunc pascit opimis.
 Principium nostra Deus est & clausula vita.
 Perpetua ergo illi laudum dare præmia soli
 Nos decet, atq; ipsum certo comprehendere amore,
 Eius & in blanda nobis stet gloria pace.

Tu vero supplex ora, totiq; labora
 Viribus, officij veluti tibi dictat vsus,
 Cætera diuino arbitrio committe Tonantis,
 Ipse etenim FACIET: quia temperat omnia, nutu.
 Fortunante Deo, vita tibi tempora current
 Optima, & optato claudentur sine: tonante
 Atq; gerente ferum duro sub corde furorem,
 Vita valet tua tota nihil, labor irritus omnis.

Talia prudenti dum singula mente volutas,
 O gentis Iacobe Monaidos inclyta proles,
 Omnia diuina manui committere nosli,
 Qua tibi cunq; dedit fato sors alma benigno:
 Vxorem & natos, animam, corpusq; domumq;
 Hinc pietas, doctrina & clara scientia rerum
 Te cinxere caput, summi de vertice patris.
 Corpus item varijs circum splendoribus ornat
 Omnipotens, æulvs veluti lunaris vt inter
 Sydera, sic patria splendesca tu quoq; in vrbe.
 Sū felix, tibi detq; Deus felicia quaq;
 Saluū vt incolumiq; & fati immunis amari

Difficili

Difficili perarare queas freta turbida vite,
 Præsidiumq; diu maneat atq; inclyta cætus
 Gloria Pietij, donec tua cymba quieto
 Succedat portu semper florentis olympi,
 Sunt vbi læticiaq; omniq; obliuio noxa.

Ilfeldix Hercyniorum. 1584.

LAVRENTIVS RHODOMA- NVS CHERVSCVS.

ΑΙΤΟΣ ΠΟΙΗΣΕΙ, θεοπαθέος ἐς ἰ μοναυῶ,
 σύμβολον, εἰς διὰ ᾧ μέμμερα πάντα φέρει.
 ὡς γὰρ ἐνδογὸν γλυτὴν ἐπὶ κῆδ' εἰ βαλῆ
 ἦος εὐφρονέων, ὁ χέρος ὅρ τελέει.
 ὡς ὅτ' ἐν χριστοῖο, τὸ πρὸ χέρος, ἦσι κάμνων
 κῦδος ὑπηρεσίης πᾶν ἀνέθηκε θεῷ.
 πᾶσαι δ' ἐν βαλῆσι ὁ ἐργασίαι, ἡδὲ μερίμναι,
 ὅς ποτὶ χριστοσεβῶν κοινὸν ὄντας ἄγῃ.
 ἐκ θεοφῶν κρέματα, ᾧ χεῖρεσι πᾶσι ἀνάπῃ
 μοῖραντ' ἀμμορίητ' εἰς τέλος ἐοδλὸν ὁρῶν.
 εὐγε φέρισε μοναυέ, τῆς ἀπόναιο μενοινῆς.
 οὐδέ τις τοι χριστῷ σφάλλετ' ἐραδ' ὀμνυῶς.
 ὅς γὰρ πάντα ποίησε, τὸν αὐθερος ἀγλαῶν δικον
 γῆς πέδον, διδ' ἄλλος, ἡδ' ὅσα τάδ' εὐδ' ὅρ' ἔχῃ.
 ὅς σε ποίησε τόσον, λαμπραῖς χαρίσιν ἀέξων,
 ἄνδρα λέγει δ' ἐνὸν, ὁ νοέων πινυτόν.
 αὐτὸς ποίησ' γλυκερὴν καμάτοιο πελότην,
 αὐτὸς ποίησ' πίσιος ἄξια σῆς.
 αὐτὸς ποίησ' ζωῆς μετὰ πυκνὸν ἄεθλον
 ἄεζα ὁ οὐρανίος κέλλιμον ἐν φάεσιν.

M 2

Ipsē

*

*Ipse Deus faciet cordati dulce Monauri
 Symbolon, ad Dominum quo sua fata refert.
 Nam veluti curas patris ad cor mite relegat
 Natus: & officio non tamen ille deest:
 Sic Christi natos inter sua munia tradens
 Euentum cura tradit & ille Dei:
 Dum bene consultat, bene agit bene plurima curat,
 Prouehat ut populi commoda Christe tui.
 Ex Domino pender, sortem committit eidem
 Quamlibet, optato cunctaq; sine leuat.
 Maeste fide: tam non fallit mens ista Monauri,
 Quam nescit Christo fallere nixa fides.
 Omnia qui fecit, tam pulchras aetheris arces,
 Marmor aquae, terras, quicquid & intus habent.
 Qui fecit tantum te, & claris dotibus auget
 Mente tua ut sedeas Pallas & ore Venus:
 Hic faciet curis finem atq; laboribus aptum,
 Hic faciet fidei ut pramia digna geras.
 Hic faciet nitidum, post tot certamina vita
 Inier te caeli sydera ferre decus.*

Luneburgi, 1584.

I'D E M in nominis anagrammatismum.

CVIVS ANIMVS A BONO,

*Non esse vir malus potest
 Est cuius animus a Bono
 Pendens, & ad bonum refert
 Quaecunq; agit, quæ cogitat,
 Quæ dicit, Hæc stat vnice.*

Semper

*Semper viro sententia,
 Ut arte Musæ floreat,
 In pace sint Ecclesiæ:
 Hoc orat, hocce consulit:
 Committit euentum Deo:
 Et cum Dauide symbolon
 Suum: IPSE FACIET, accinit.*

Iena. 1593.

MARTINVS CRVSIVS.

ΑΥΤΟΣ ΠΟΙΗΣΕΙ, ὡς γὰρ, ὅς θεὸς ἐστὶ πεποισθῶς:
 ὃς θεὸς, ἐλπὼν: ὅς θεὸς ἐστὶ ἀγαπᾶζων.
 ἢ πίστις ὃς θεὸς, ἐλπίστ' ἀγάπη, φανεραὶ
 χριστιανῶν ἀρεταί. κινδύνους καὶ κακοῖσι
 πᾶσι παρεγομένη τ' ἀλκὰς τ' ὀλβου δόξα
 ὥς παρεγομένη τ' ἀλκὰς τ' ὀλβου δόξα
 σοὶ ὦν κινδύνους, κακοῖς τε, μονάμι κλεψῶν.
 χριστιανῶν ἀρεταί, πίστις τ' ἐλπίς τ', ἀγάπη:
 ὅσα ἂν φῆς: αὐτὸς ποιήσει. θεῷ γε πεποισθῶς,
 ὅς ἐπελπίζων, ἀγαπᾶν τέμιν, ὡς φίλος υἱός.

*

*IPSE est qui FACIET: quis dicit? Quicquid in vno
 Spemq; fidemq; Deo, quem diligit, exiuit omnem.
 Ipsa fides vero, spes & dilectio, summa
 Sanctis virtutes. Hæ per mala, perq; pericla
 Omnia, solamen, vires & vita beata.
 Ergo solamen, vires & vita beata
 Per mala sunt quævis tibi, perq; pericla, Monauri,
 M 3 Sancta*

Sancta virtutes, Dilectio, spes, fidesq.:
Ipse est qui faciet, cum dicis: tunc quod in vno
spemq. fidemq. Deo, quem diligis, ex te vni omnem.
 Tybingæ. 1582.

MATTHÆ. DRESSERVS. D

ΑΥΤΟΣ ΠΟΙΗΣΕΙ, ΓΕΝΕΤΗΣ ΠΟΤ' ΕΙΠΕ ΠΑΛΑΙΟΣ:
 ΠΡΙΝ ΣΑΡΚΩΘΙΝΑΙ, ΠΟΛΥΕΥΚΤΟΡ ΤΩ ΝΕΣΤΗΡ:
 ΑΥΤΟΣ ΕΠΕΙ ΜΕΝ Δ ΜΕΣΙΑΣ ΒΡΟΤΟΣ ΟΥΤΟΣ ΕΤΥΧΘΗ:
 ΑΥΤΟΣ ΕΠΟΙΗΣΕΝ, Ο ΠΑΡ' ΕΤΕΛΕΩΣΕ ΤΟ ΕΡΓΟΝ.
 ΩΣ ΑΡΑ ΝΥΝ ΜΥΘΟΣ ΠΕΛΕΤΑΙ, ΟΔΕ ΠΑΜΠΑΡ ΑΛΗΘΗΣ
 ΑΥΤΟΣ ΕΠΟΙΗΣΕΝ ΠΑΝΤ' ΟΤΙ ΠΕΤΕΛΕΣΜΕΝΟΝ ΕΣΤΙ.
 ΤΙΤΗΣ ΑΠΗΛΕΓΕΩΣ ΟΥΝ ΟΥΝ ΤΟΔΕ ΣΥΜΒΟΛΟΝ ΙΧΘΥΣ:
 ΑΥΤΟΣ ΠΟΙΗΣΕΙ, ΕΡΓΟΝ Τ' ΕΤΙ Δ' Η ΤΕΛΟΣ ΕΞΕΙ.
 ΤΟΙ ΓΑΡ ΤΟΙ ΝΕΟΣ ΕΝ ΣΗΘΕΩΣΙ ΤΡΟΣΧΟΡΟΝ ΕΘΗΚΕ
 ΝΕΟΣ ΟΥΝ Ο ΜΥΘΟΣ, ΩΣΕ ΛΕΓΕΙΝ ΠΙΣΤΩΡΟΝ ΣΕ Δ' ΑΝΑΩΝ
 ΑΥΤΟΣ ΕΠΟΙΗΣΕΝ, ΠΟΙΕΙ, ΕΤΙ ΗΔΕ ΠΟΙΗΣΕΙ.

Lipfiz. 1583.

IOANNES POSSELIVS.

ΤΙΤΗΣ ΜΕ ΝΩΛΕΜΕΩΣ ΑΚΑΧΙΖΕΙΣ ΟΨΙΛΟΝ ΠΙΤΟΣ.
 ΟΥΣΑΝΩΝ ΕΝ ΜΑΚΡΩ ΠΙΣΤΟΝ ΕΧΟΝ ΠΑΤΕΡΑ:
ΑΥΤΟΣ ΠΟΙΗΣΕΙ, Ο ΕΩΝ ΠΟΛΥΟΛΕΘ' ΑΜΥΜΩΝ.
 ΑΙΕΥΔΗΣ, ΧΡΗΣΟΣ, Ο ΓΛΥΚΥΘΥΜ' ΑΓΑΡ.
 ΑΥΤΟΣ ΠΟΙΗΣΕΙ, ΕΞΕΙ, ΤΕΛΕΣΤΕ ΤΩ ΕΡΓΩ
 ΠΑΡ, Ο, ΤΙ ΩΚΥΜΟΡΟΙΣ ΣΥΜΦΕΡΕΙ ΑΜΜΙ ΒΡΟΤΟΙΣ.
 ΚΑΙ ΠΟΡ' ΕΠΑΓΓΕΛΙΑΣ ΝΕΙΑΣ ΑΝΑΒΑΛΛΕΤΑΙ ΑΥΤΟΣ:
 ΕΣΤΙΝ ΟΜΩΣ ΗΜΗΝ ΟΥ ΒΛΑΒΗ, ΑΛΛ' ΟΦΕΛ'.

Εσσα

Εσσα δ' ιδωσι Νεός, Πρὸς φέρει, μὴ δ' ἀγανάκτη.
 ὅν ταίς δυστυχίαις λάμπει αἰὶ τὸ καλόν.
 ἀνδρείως ἀνέχεσθαι, σοὶ ἄχ' τοῦ δὴ δὴ δὴ
 τλήθῃ, φέρει καρπὸν τλημοσύνης Νεός.

Roslochij. 1584.

GEORG. RHEINMAN.

QUOD FACIO, OMNE DEO FACIO. QUOD NON QUEO, QUANDO
 PAUCA QUEO: FACIET, CEN FACIT, IPSE DEUS.

VViteb. 1594.

CUNRADVS PVBLIANVS D.

ΤΙΤΗΣ ΘΙΛΗ ΚΡΑΘ' ΙΗ ΣΕ, ΝΟΡΟ ΠΕ, ΔΥΣΑΛΘΕΣ ΕΞΕΧΘΗΣ
 ΦΡΟΝΤΙΣΜ, ΩΣ ΑΙΝΩΣ ΑΙΝΟΘΕΝ ΑΧΥΝΜΥΛΗ.
 ΝΕΟΣ ΕΠ' ΑΜΠΝΟΜΥΛΗ, ΤΩΝ ΑΜΗΧΑΝΟΝ ΑΝΔΡΑ Η ΑΒΕΧΛΟΝ,
 ΩΣ ΝΕΟΣ ΕΣ' ΑΤΡΕΚΗΣ, ΩΔ' ΟΝΙΝΗΣΙ ΝΕΟΣ.
 ΚΕΚΛΕΤΟ Δ' ΟΙ ΠΕΙΘΕΩΣ, ΕΑΝΤΩΝ ΥΠΕΡΧΕ ΤΕΛΕΩΣΗ:
 ΠΕΙΘΕΟ ΛΙΑΣΟΜΥΛΗ Ο ΝΕΟΣ ΕΚΤΕΛΕΣΗ.
 ΟΣ ΣΕ ΓΑΡ ΕΝ ΚΟΛΠΟΙΣ ΟΥΚ ΟΝΤ' ΕΚΤΕΛΕΩΣΕ ΤΕΚΕΣΗΣ,
 ΜΩΡ ΣΕ ΤΕΛΕΩΣ ΑΜΥΛΟΝ ΝΥΝ ΠΙΣΤΩΟΝ ΠΕ ΛΙΠΕΙΣ
 ΟΥΚ ΑΠΑΤΗΛΟΝ ΕΠ' ΤΩ ΝΕΟΣ, ΟΥΔ' ΕΣ' ΑΤΕΛΕΣΟΝ:
 ΜΗΔ' ΕΣΕ, ΜΗΔ' ΑΛΛΕΣ ΕΜΠΕΔΟΝ ΕΞΑΠΑΤΑ.
 ΠΑΝΤ' ΑΥΤΟΣ ΤΕΛΕΕΣΕΝ, ΤΕΛΕΦ ΝΥΝ Η ΑΥΤΟΣ ΑΠΑΤΑ.
 ΜΗ ΤΡΟΜΕΗΣ, Η ΑΥΤΟΣ ΝΥΝ ΤΟ Δ' ΑΠΑΡ ΤΕΛΕΣΗ.

I D E M.

Αἰὶ δ' αὖτις, ὡς οὐμὲν, Νεὸς πῖστιν, ΤΕΛΕΣΣΩ
 Αὐτὸς ἔφα: Αὐτὸς νητρεκὲς ἐκτελέσθ.

M 4

Solue

*Solue metus mea mens: Domino confide. Profatur
Is se faciendum: Fatum, & IS FACIET.*
Olomuncij Morauorum. 1583.

IOHAN. FREDERVS D.

Vras linque. Tibi facienda fac. optima spera.
C*Ipse Deus faciet, que facienda Deo.*
Rostochij. 1584.

TOBIAS THEODORVS.

Ος γινώσκεις βιβασκότα κήδεσι θυμόν
σὺ τ' ἐν σήθεισι πένθος ἄλαστον ἔχεις:
ᾧ πρὸς δὲ λίσσῃς ἐλεγκτὸς ἐκγεγάσας
ὄφρα μογῶντο φάρμακα καλὰ φέροι:
Αἶψα μάλ' εὐχομένης ὑπατὸς βασιλεὺς ἐπακῶσα,
ἢ τριπλόητα σέθεν πᾶντ' ὀπάσῃ νόῳ.
τέτλαθι γὰρ κραδίη, καὶ ἀνάχαιο δεινὸς θυμός,
ἔστε μόνον, κρατερὴν ἐλπίδα, βάλλε θεόν.
ὅς γὰρ ἐπισαυλῶς τὰ δεινέλια πῆξατο κόσμῳ,
πᾶντ' ἐπὶ τῆς τε χθονὸς κτίσματα τεύξε σφῶς,
αὐτὸς ἀμυνήτω σοφίῃ τελέσῃ τὰ λοιπὰ,
ὧρ' ἐπιθυμήσῃς σὸν καθ' ἅπαντα βίον:
εὐφροσύνῃ τ' ἀγαθὴν τε τύχην, βουλὴν τε φέρειν
ὀλοδοτὴς σῆσιν, δόξην ἀμετρὶ ποταῖς.
ἐς τὸ τέλος ζωῆς ὅταν ἐχάτη ἴξαιτο ὥρη,
ἀμειβομένης τελέσῃ κληρονομίῃ σε χαρᾷ.
Ἄρκιος ἐστὶ θεὸς νόσος ἰατρὸς ἀπάσας
ᾧ σῶσαι ἢ ἐκ θανάτου ἄρκιος ἐστὶ θεός.

ῥάδια

ῥάδια πάντα θεῷ τελέσαι τῷ ἀνακτι ἀνάκτωρ,
οὐτ' ἀτελείωτον πρῆγμα τι ἐστὶ θεῷ.

*

*Si qua laboriferum mordet cura anxia pectus,
Aut tua mens trepido mæsta pauore stupet:
Sursum animus voluet super alta palatia cæli,
Inde salutiferam poscat & optet opem.
Nulla salus alibi afflictū quarendam per orbem:
Sola venit cæli culmine firma salus
Ergo tua in Domini spes robore nixa recumbat,
Fidat & huic vni mens animosa Deo.
Omnia qui fecit, distinxit & omnia pulchro
Ordine, quæ mundi machina vastâ tenet.
Idem etiam optata faciet succedere sorte,
Omne quod in vita hac aggredieris, opus.
Denique defessam cura, saturumq; dierum
Te faciet vita splendidiore frui.*

Suidnicæ Silef. 1592.

VVENCESL. OTTHERVS.

D*um tecum, mea mens, habitas, seu sorte benigna
Lateris, grauitèr seu crucièr mala:
Non in te tibi præsidium, sapientia non est,
Qua tueare bonum, qua medeare malū.
Concutit hinc salus igitur trepidatio rebus
Ne qua intercipiatur vix inopina bonum.
Afflictū illinc modo desperatio torquet,
Pellere dum docti non potes arte malum.*

M S

Quin

Quin etiam totum si lustras anxia mundum,
 Auxilij in mundo est, consiliq; nihil.
 Corruit, aethereo si non sit numine fultum
 Quicquid vbiq; patet, quicquid vbiq; later.
 Sola medela Deum tutela est vnica: quam non
 Vel mala conficiant, vel bona deficiant.
 Ille potest stabilire leuis pendentia filo,
 Frangere de solido vincla adamante potest.
 Ipse facit, factum perimit, mutatq; fouetq;
 Submouet omne malum, suggerit omne bonum.
 Arbitrio quodcunq; cadit, cadit illius: atq;
 Quod manet, eiusdem permanet arbitrio.
 Quare age tu quoq; tollere humo, mundoq; relicto
 In mundi Dominum lumina fixa tene.
 Perplexusq; tuas ambagibus atq; latebris
 Plenas in Iouam volue animosa vias.
 Et certo incedens per molle, per aspera, gressu,
 A solo pende speq; fideq; Deo.
 Dirigit ille tuas salebrosa per inuia plantas,
 Auiā ne calces deuius, ille dabit.
 Deniq; quicquid eris FACIET: modo fidere norū,
 Consona vel votis vel meliora tuis.

Suid. 1587.

IOHANNES MEISNERVS.

Qualia significet Venerandum & dulce Monachi
 Symbolon, hac septem nos documenta monent,
 Tradita que magni sunt olim voce Philippi,
 Ex scripturarum fontibus hausta p̄js.

Cordo

Corde fidem retine, sit mens tibi conscia recti:
 Si Christi miles strenuus esse velis.
 Dirigat alma fidem summi sapientia Nati,
 E patris arcano norma profecta sinu.
 Sintq; dua legum tabula rectissimus ordo,
 Conscia mens certum quo gradiatur iter.
 Fac opus officij, ceu rerum postulat vsus,
 Munere quaq; tuo sunt aliena fuge.
 Ne frangant animum qua te mala sorte fatigant,
 Omne quod incumbit fac patienter onus.
 Sape Deum multumq; roga: iuuat ille rogatus,
 Mirandum inq; modum diuite pollet ope.
 Cetera linque Deo: quacunq; afflauerit aura,
 Seu quocunq; modo res cadat, Is FACIET.

1585.

NICOLAVS STEINPERG.

Ipse Deus faciet quo sint felicia cuncta,
 Pectore tristitiam pelle metumq; procul.
 Sive polo figas, humili seu lumina terra,
 Ecce tui lucet vultus vbiq; Dei
 Fortior est omni fato, qui fata gubernat
 Atq; facit sanctis prospera quaq; suis,
 Cur igitur nimium laxemus frena timori?
 Inuidia rabies cum fera fata parat.
 Est fatuum fatum quod condit futili auctor,
 Te modo saluifici protegat umbra Dei.

Vratisl. 1581.

IOHAN-

I.
 Milita mil.
 bonā, retinēs
 f. & b. c.

II.
 Fides regitur
 Euangelio.

III.
 Bona cōsciētia
 regitur Decal.

IIII.
 Seruias voca-
 tioni.

V.
 Non franga-
 ris impatien-
 tia.

VI.
 Pete & expe-
 cta auxilium
 à Deo.

VII.
 Euentū Deo
 committe.

IOANNES SCHOSSERVS
ÆMILIANVS.

VT non perpetuo cæcis inuoluitur umbræ
Luna, licet mæstis nubibus ora tegat:
Sic quamuis densa caligine mersa laboret
Terribiliq; gemat condita nocte Fides:
Non tamen occumbet penitus: sed vindice Christo
Surget, & insolitum proferet orta iubar.
Ipsa quoq; æternum tristi non sorte prementur,
Intrepidè veram corda professa fidem:
Sed velut auricomi comitantur nubila Soles
Et noctis tenebras excipit alma dies:
Sic prius exhaustis vitaq; neciq; periculis
Excipient cæli gaudia firma pios.
Nam sibi fidentes patrijs complectitur vlnis
Nec solet afflictos deseruisse Deus.
Huic igitur confide libens (huic fidere tutum)
Inclita Pierij laus Iacobe iugi.
Ac licet arumnis & iniqua mole grauatus
Fortuna dubias experiare vices,
Non tamen aduersi frangaris turbine fati
Sed maneat viuo spes tua nixa Deo.
IS FACIET plenis vt vincas omnia velis,
Et teneat portum quassa carina suum.

Francos. Oderam. 1579.

ALBERTVS FRIDERICVS
MELLEMANVS.

EST insigne tuum cur Luna, Iacobe Monavi,
Endymionis amans?

Hunc

Hunc veluti somno pressum super ardua Phæbe
Latima saxa locat
Sola vt cum solo versetur, & humida amati
Oscula in ora serat:
Sic nondum exsutum mortali corpore ponit
Te super astra Deum,
Vt sibi delicias facias: qui numinis acri
Vnius igne cales.
Nam, mentem abducens à rebus inanibus, effers
Pectus ad vsq; polum.
Et, quos in mundo cit lana caprina tumultus,
Spernis amore Ioua.
Hinc nouus Endymion, potes hac ratione videri:
Namq; quietus agis.
Nec facienda tibi, mera nausea, nautea, nauci
Esse videtur humus.
Gaudia sic cæli gustans iamiam, oscula summi
Carpis ab ore Dei.
Et mundi securus, & vni intentus Olympo,
Dextram, oculos, animum,
Linguam ipsam assiduâ hâc effers ad sidera voce
FECIT IS, IS FACIET.

ABRAHAM SVVALBIVS D.

CVt triplex clypeum nigrantem Luna serenat
Alba? quid in summo penna locata notat?
Euolat ingenio gens hac, & candida nescit
Termino in obscuro stare, nec atra mori.

MICHA-

MICHAEL IVSTVS.

ORbita Virginei si te bene iurū & aequi
 Ducit, & hanc pietas religioq; probat:
 Maſte animo porro perge imperterruus, virge,
 Impediat curſum ne Remora vlla tuum.
 Non tua det dextra mens inclinata ſiniſtra
 Examen, captam perſequere vſq; viam.
 Conſilium, euentumq; Dei committe pharetra:
 Non tibi ſit Satanas, mors, caro, mundus obex.
 Ipſe viam inueniet Iona, & omnia diriget. IPSE
 Qui fecit FACIET: Nam bene cuncta facit.

I D E M.

Vt referat palmas Eccleſia preſſa virentes
 IPSE olim fecit, iam facit, & FACIET.
 Dura, atq; optatam ſub pondere numini horam
 Expecta: placeat qua placet hora Deo.
 IPSE tuam FACIET ſpem lato ſine potiri,
 Omnia qui recte fecit & vſq; facit.

Anno 1581.

PAVLVS RADECVS.

Inſtrumenta ſumus mortales: Dextra tonantis
 Eſt opifex, quod vult protinus ipſa facit.
 Ipſa facit, fieri ratio qua poſſe negabat,
 Et melius quiſquam quam putet ipſa facit.
 Ergo manus Domini ductum nos ſponte ſequamur,
 Spe citius ceptum perficitur opus.

I D E M.

I D E M.

Diſſiſus ſibi, diſſiſus mortalibus IPSE
 Ipſe, ait Iſaides, qua rogito FACIET.
 Ipſe qui eſt Ipſum qui monſtrat? Rexq; Prophetag;
 Ipſe ſua Dominum ſtirpe daturus erat.
 Aſt nobis tandem dubijs quem nominat Ipſum?
 Quem ſacra Ioannis voxq; manusq; notat.
 Ipſe igitur faciet bene qui facta omnia fecit,
 Stelliferumq; polum, frugiferumq; ſolum.
 Huc propera, huc mea mens dubijs exercita curū:
 Ipſe viam faciet, qua via nulla fuit.
 Ipſe tuam maſſam carnis ſibi ſumſit & oſſa,
 Ipſe tue maſſam carnis & oſſa gerit.
 Hoc nobis pignus noſtra dedit ipſe ſalutu,
 Ipſe igitur nil non quod petimus FACIET.

I D E M.

Omnia qui fecit, deſectaq; morte reſecit:
 Vt fecit, faciet perficietq; Deus.
 Hæc vox viua pijs ſolatia mentibus inſert:
 Hæc crucis aduerſas ſpongia ſorbet aquas.
 Sol eſt in tenebris: Solis gelida vmbra per æſtum,
 Inq; ſiti neſtar, inq; fame ambroſia.
 Heſperus in ſtellis: in gemmis lucida laſpi.
 In medicis herbis eſt panacea potens.
 Non aut moly valet tantum, aut Nepenthes Homeri,
 Nicandri tantum haud incluta Theriace.
 Quantum ſub morbis animi triſtiq; dolore
 Hæc auro ſcribi verbula digna valent.
 Aurea torquati vti habent geſtamina collis
 Illuſtres facti nominibusq; viri:

Sic

*Sic Vir ab egregia clarus virtute Monauus
In medio sacrum corde monile gerit.
Hoc solo se iactat, in hoc cimelia cuncta
Possidet, ante omnes hoc sibi ponit opes.
Miratur Gallus, miratur carmine torquem
Teuto: Sacer, medicus, luditicūq; chorus.
Hoc igitur FACIET, simul hoc tetragrammaton IPSE
IPSE Deus FACIET cuncta Monaueribi.*

In Morauia. 1585.

SAMVEL THRESORIVS.

Αλλ' ὄντες ὁκίμῃς ποτὲ πύθαγόρα μαθηταί,
ἔρχομαι ἐνὶ σώμασιν τῷτο θεῷ: ΑΥΤΟΣ ΕΦΑ-
Ν Πέπορ, ὡς κρεῖσσον πολὺ ἔπλ' ΑΥΤΟΣ ΠΟΙΗΣΕΙ;
ἄνδρες ὅσοι θεὸς ἦν φέρτορ, ἐγὼ ἐπεώρ.
οἱ δ' ἐλόγοι ἀνδρῶν ἀπελθεῖς, ἀπραντοὶ ἔασιν,
ῥήματα πάντα δεῦρ' ἐργματο ῥητὰ πέλθ.
Αὐτὸς μὲν μύθων περικτῆς, ἐργῶν δ' ἐξ ῥητῆς.
Αὐτὸς φάσ' τι ποιεῖ: φησὶ τε πάντα ποιεῖν.

Praga. 1584.

MELIOR SEVERVS.

IPSE Deus FACIET. Age dic resonabilis Echo
Psalmographus verbis innuit hisce quid? Echo Id.
Sudabit nunquam frustra quicunq; laborat:
Et domino faciet seria vota. Echo Nota.

Fortuna

*Fortuna vicibus licet is iactetur iniquis,
Attamen IS FACIET dans meliora. Echo Morā.
Cum fors dura premit, Satanas furit, orbis & orcus,
In cruce eo tutum me duce rerū. Echo Erū.
Ergo reperiūssos reddens è valle sonores
Tu mihi subijcias Nympha leuamen. Echo Amen.*

IOANN. RASSIVS.

Est illa consolatio maxima,
Qua Christianus quilibet in suis
Angustijs se recreare
Et medijs potis est ouare.
Affligor arctis rebus & asperis,
Credo parenti me tamen optimo
Curæ esse. qui vel sic molestā
Sub cruce me quoq; amat iacentem.
Mater pusillum ceu solet, in suo
Quem baiulauit Ventre, puellulum,
Gestans in vlnis dulce pondus
Neu pereat studiosa curans:
Etsi dolens nunc non videam modum,
Quo me velit tot fluctibus obrutum
Ponti furentis subleuare,
Spe tamen haud ab eo recedam.
Sed supplicabo in nomine Filij,
Tam cuius impetrabile nomen est,
Vt vel statim sit mi daturus
Propter eum misero leuamen,
N Atq;

Atq; ex procellis hoc caput omnibus;
Et de tenebris lucidum in æthera,
Aut ad perennem ex morte vitam
Eruiturus amante dextra.

GEORGIUS VECHNERVS.

Fide Deo. Hoc facias quicquid facis auspice fretus;
Vt bene quid facias, quod facis Ipse facit.

PROCOPIVS LVPACIVS.

Quate cunq; coquunt dubio discrimine rerum
Curas curanti cuncta remitte Deo.
Perstet in hoc tibi fixa tui fiducia cordis,
In cunctiq; fides anchora sacra malis.
Nec cessent gemitus, animiq; precamina tristi,
Captus & iniuncta pro stationis labor.
Insper inuicto Patientia pectus obarmet
Robore: vt aduersa sortis acerba feras.
Fer: dura: perfer: Domino euentumq; relinquit:
Prouidus ex votis resaget Ipse tuis.
Vtile consilium: felix in rebus agendis
Exitus, Vni munus opusq; Dei est.

I D E M.

Quicquid agis, committe Deo: Res ille secundat,
Successu, quod non conficis ille, caret.

Tuliz Boemor. 1581.

IOAN-

IOANN. ROSACIVS.

Parta quies animo: Curaq; laborq; valete.
Hoc scio, quicquid ago nil opus esse mea.
Maior oportet agat Deus & mage prouida cura,
Huic ego me, curas huic ego trado meas.
Ipse, quod expediet, FACIET. quid cura remordes?
Expedit, hoc vno non faciente, nihil.

DAVID CRINITVS.

Angere ne mea mens: Votis coniunge laborem,
Perfer, & officio fungere rite tuo.
In Dominum reliquum quod erit tu conijce, sperans;
IPSE quod hinc tibi qua commoda sunt FACIET.

THOMAS MITIS LYMVSEVS.

Exul, inops & iners, patriam suspiro perennem,
Me cuius olim faciet vnus compotem.
Ipse mihi diffido: nihil confido patronis
Vel rebus alijs: fretus vnus fide.
Vnus è Immanuel, hominumq; Deiq; sequester
FACIET, superstes hic modo olim in patria,
Carnis & exutus nexu, curiq; solutus
Illum canam omni seculo inter cælitates.

Pragæ. 1583.

PASCHASIVS PRISMANNVS D.

CVra Dei: Tuum est labor, & tua vota precesq;
Quæ tua sunt facias, cætera linque Deo.

N 2

Cætera

*Cetera enim u FACIET, ut sint tibi facta volenti,
Aut ni sint, ne sint officit agra caro.*

Spiræ Nemetum. 1579.

MICHAEL HASLOBIVS.

Fidite vos alijs Dominũ, & fide gemmũ.
Hæret in æterno spes mea fixa Deo.
Qui mare, qui terras, cœli qui sidera fecit,
A Domino, quicquid vita requirit, erit.

Francos, ad Oderam. 1579.

PAVLVS FRANSVS.

Nil Ego, nil aliud faciet mihi: Cuncta necesse est
Ut faciat cunctis qui bona cuncta facit.
Ipse mihi FACIET, fieri quæcumq; vouebo,
Et melius votis IPSE mihi FACIET.

CHRISTOPHORVS MANZ

LIVS.

Sis fortis mea mens, erectaq; suspice cœlos,
Est ubi perficiet qui mea vota Deus.

NICOLAVS LVDOVICVS.

Facta suis oculis lustrat Deus omnia: visa
Et probat, & dicit singula facta bona.

Hac

*Hac, Deus ipse probat, Mens & pia comprobat omni,
Dum vel facta Dei vel facienda videt.*

*Quin & in his terris Natus genitore supremo
Fecit ab æterno facta probata Deo.*

*Qua nisi facta forent: via non patefacta salutis
Esset, nec Stygia limina clausa domus.*

*Hac benefacta Dei sacra mens consona lingua
Prædicat, inq; bonũ respicit inq; malũ.*

*Et mala si qua videt, bona si qua percipit: inquit,
Auctorem spectans: IPSE Deus FACIET.*

*Ista pijs vox est celeberrima: sola perennis
Instar & est norma, factaq; recta regit.*

*Hac sine si FACIES quicquam, facies, male factum
Ut tandem factum confiteare tuum.*

*Hac duce si facies quicquam: facies, bene factum
Ut domini factum confiteare tuum.*

*Ergo fac ut facias Domino faciente, quod audes
Et bene quod facies: IPSE Deus FACIET.*

I D E M.

*Nescia mens causa, dubio in discrimine rerum
Seu bona fors videt, seu mala forte premit:*

*Errat, & autores homines culpatoq; facitq;
Deteriora sequens, dum meliora videt.*

*Sanior at sanas hominum sapientia mentes
Hac regit, atq; Deo credere rite facit.*

*Scilicet esse viro numen cœleste timentis,
Tristibus, & rebus conscia fata bonũ.*

*Consilioq; patrũ, quod nil sapientius alti
Arbitrioq; Dei nil queat esse prius.*

N 3

Hos

Hos motus, hac sensa sacra & congrua scriptis
 Inserit aetherei Numinis aura pijs,
 Ing, suos letis sic & moderatur in artibus
 Rebus latitiae flamma focusq; sacra.
 Spiritus è contra tenebris additus opacis
 Ludit imaginibus dedita corda sibi.
 Offundit sumum, motusq; modosq; putandi,
 Et varia culpa crimina mille facit.
 His & vera premit mendax, & nescia veri
 Corda facit: Verum sic peti ille Deum.
 Ergo, Dei cuius mentem regit vna voluntas
 Is sapit: atq; modum, sorte in vitag; tenet.
 Si bona contingant, Dominum fecisse fatetur:
 Si mala, & hac Domino non sine facta putat.
 Siq; bono atq; malo male non sic vitur ipse,
 Magna velut latu paruaq; corda malis.
 Aequa sed in quouis conseruat pectora casu,
 Consultit atq; boni quae Deus IPSE FACIT.
 Ing, bonis rebus nouit, scit rebus in artibus
 Quod bene cuncta bonis IPSE DEUS FACIAT.
 Et mala si qua premunt, rebus seruare secundis
 Se didicit, statuens IPSE DEUS FACIET.
 Et bona si qua fluunt, rebus seruare sinistris
 Se didicit, reputans IPSE DEUS FACIET.
 Felix qui Domino didicit sic fidere soli,
 Quem penes est homini vera relicta salus.

CHRISTOPHORVS KELINGS:

HVSIVS D.

Saepe graues agitant mortalia pectora cura,
 Cum sibi proponunt nunc hoc nunc illud agendum,

Solliciteq; ineunt rationes, quomodo tandem
 Optatum capitis possint imponere finem?
 Tum summum impendunt noctesq; diesq; laborem,
 Hanc solam in curam defixi, omnesq; sagacis
 Ingenij vires adhibent, ut quae sibi pridem
 Proposuerunt animis, peragant, votiq; potentes
 Commoda finiti capiant sperata laborum:
 Verum ubi diuersus portum iam iamq; tenentes
 Excipit euentus, nec iam prudentibus aqua
 Consilij fortuna aspirat & irrita mactos
 Spes animos fallit, quoniam interuenerit error
 Scrutari incipiunt, admiranturq; dolentq;
 Et plerumq; subit stulta indignatio mentes,
 Quod bene composita mala sors illuxerit actis.
 Quae sit causa rogas? proprijs quia viribus illi
 Confisi, ingenijq; Dei de munere factis
 Non didicere suum omnem sperare salutem.
 Ille Deus qui cuncta facit, fecitq; remoto
 Principio, & FACIET, nec tempore desinet vllò
 Omnia committi sibi vult, & siue quis illi
 Seu non committat, tamen omnia perficit IPSE.
 Ergo fortunam quicumq; expertus iniquam
 Difficili rerum premeris sub mole tuarum,
 Expertus consilij quate ratione procellis
 Enipere, & terram posui apprehendere saluus,
 Ignoras, nec iam superest spes vlla salutis:
 Aut dubia nondum expertus ludibria sortis
 Seu leue seu magnum quiddam moliris & vrges,
 Impensis parcens nullis, nulliq; labori
 Felicemq; cupis captiu adiungere finem:

N

4

Res

Res omnes, curasq, tuas committe potenti
 Clementiq, Deo: pro te vigil ipse subibit
 Omnem operis partem, & veres conatibus addet.
 Nam quodcumq, sit ille facit, quem velle quid esse
 Sufficit ut fiat, factumq, est ipsa voluntas.
 Aut si successus dispar responderit orsis
 Forte tuis, neq, speratus tua vota secundet
 Exitus, haud desponde animum, vanumue timorem
 Concipe, veloces quasi iusserit ire per auras
 Irrita vota Deum, nec de te admiserit ullam
 Mente sua curam: potius sed collige tecum
 Firmiter hinc, aut, quam fieri tua vota petebant
 Allatura fuit damnum res, viliusq,
 Quod factum est cecidit tibi, quamquam proinus illud,
 Tu non agnosca, sed mox facta ipsa docebunt:
 Aut animum sic inde para, superare dolorem
 Discat, & ut bene ferre moram, atq, herere tenaci
 Mente Deo, hoc reputans: Voluit pater optimus, & non
 Longe aberit, multo quin sit meliora daturus,
 Quam petere aut votis aut spe praecurrere possim.
 Namq, Deus quae vult facit, & pia vota suorum
 Aure licet facili accipiat, tamen annuit illis
 Non quacumq, rogant: sed quae nec commoda vita,
 Aeternam nec sunt interuersura salutem.
 Quid profit, quidue officiat, perfectius illo
 Scit nemo, & solus iusto hac examine librat.

Spirz Nemetum. 1579.

CVNRA-

CVNRAVS VVOLFFIUS I. C.

Quis faciet? faciet Votum Deum ullus? An vlla
 Nata Deum faciet? Filius an faciet?
 Aegri corporibus Aesculapius arte medelam
 Diuina faciet? Cynthus an faciet?
 Eubus an quidquam? num Pollux? numne Quirinus?
 An Musa? An Pallas, Iuno, Venus, Charites?
 An Rubigo? Pales? Neptunus, num Trebani
 Quis sunt, faciet? Forculus an faciet?
 Lubrica num faciet Fors? num Concordia? Spesue?
 An Castor faciet? Iuppiter an faciet?
 Absit. Sunt veterum hac deliria vana virorum,
 Quos pia religio, quos latuitq, Deum.
 IPSE Deus FACIET: fecit qui cuncta, supernus
 Inferiorq, simul quicquid hic orbi habet.
 Vnicus hic cura tibi sit: spes omnis ab ipso
 Sit tua: sit Phœbus, sit procul alma Ceres.
 HIC Deus omnipotens FACIET: Deus almus & vnus
 Omnia: Sit procul hinc cetera turba Deum.
 Apud Allobrog. 1584.

IOANNES FRAXINEVS P. L.

IPSE Deus FACIET: sic fas nos credere, ciues
 Gratia quos Christi scripsit in imperium.
 IPSE Deus faciet, si te discrimina mille,
 Si cura, anxietas, pauperiesq, premunt.
 IPSE Deus FACIET, si tempestatibus actus
 Haud potes arumnis exeruisse caput.

N 5

Si

Si circumuadet morborum exercitus ingens,
 Hostis & immitis si petat ense caput.
 Tunc praesto tibi numen adest, modo rite preceris
 IPSE facit, pure si pia vota facis.
 Eripe te curis, Christo te transfer habendum
 Nec quicquam addubites: IPSE Deus FACIET.
 Cuncta facit Deus ipse, sagax prudentia nulla est
 Numine posthabito si quod obibus opus.
 Christum in consilium parremq, vocato laborum,
 Optato ut claudi res tua sine queat.
 IPSE Deus FACIET, si mors dissoluerit artus,
 Liquerit & fessas spiritus exuias.
 Deniq, principium, medium, finemq, bonorum
 Omnibus in rebus noueris esse Deum.
 Absq, tuo, ex nihilo sapientia dia labore
 Numinis illustrem finxit in effigiem.
 Hac in deterius mutatam & sponte ruentem
 Praesenti à mortis limine restituit.
 Quid melius? Deus Ipse facit quodcumq, videmus,
 Quod sumus, & vitam ducimus, omne Dei est.

Ad Linam Gotthz. 1583.

IOANNES STAMLER.

EST ita: prauauida fecit Deus omnia dextra,
 Praualido & seruat omnia consilio.
 Nam qui dehinc desit custodia diua creatis?
 Christicolis promptam nec ferat ullus opem?
 Quae reliquis vires tribuit, num viribus ipsa
 Aut valido enervis robore dextra vacet?

Fallere.

Fallere. Viuit adhuc & eodem robore viuit
 Ille Deus cæcis firma columna sui.
 Aetas non diu fregit tam longa vigorem
 Perpetui robur nec minuere dies.
 Cur igitur pectus curis mordacibus vrget?
 Atq, gemis vita tetrica fata tua?
 Fide Deo potius, precibusq, laceffe potentem,
 ILLE animi FACIET vota beata tui.

Norib. 1583.

MARTINVS HELLINGVS.

LVcet in humanis diuina potentia rebus,
 Autoremq, docent terra polusq, suum.
 Vnica que varijs instructa est viribus herba
 Astrifera summum monstrat in arce Deum.
 Quis docuit sapiens, quamnam virtute mouendi
 Attrahat Hercules ferrea quæq, lapu?
 Mens super ad lapidis parui spectacula, nescit
 Ad sese ferrum qua ratione trahat.
 Quid si de mundi iam forsitan origine prima
 Iudicet? hac longe namq, stupenda magis.
 Illud enim sensu notum est, hoc sensibus vllis
 Non patet, ac frustra quaeritur ingenio.
 Hinc adeo varius veterum diffunditur error,
 Qui de ortu rerum principijsq, docent.
 Ingenio magnum demiror & arte Galenum:
 Natura addictus legibus ille nimis.
 Materia negat è molli consistere rectos
 Posse pilos, quamuis hoc Deus ipse velit.

Nos

Nos quibus est edocta sacro mens credula verbo,
 Posse Deum scimus quæ modo cunctæ placent.
 Nostra nec in solo fundata scientia sensu est:
 Plurima scrutando mens studiosa capit.
 Et quia multarum ratio latet abdita rerum,
 Multa fatemur opus solius esse Dei:
 Qui regit hunc mundum, cuius sapientia rebus
 Prouidet, ac omnis fons & origo boni est.
 Ergo mirandum si quid spectetur in orbe,
 Omnipotens, dicat, hoc facit Ipse Deus.
 Inuassidus factu nimis ardua si qua videntur,
 Ipse facit nostri dulce laboris onus.
 Instabili si quis fortune fluctuet vnda,
 Auxilium nemo consiliumq; ferat:
 Si propria culpa telus confossus acutis
 Commissum doleat corde tremante scelus,
 Suffugium ignoret patriæ miserabilis exul
 Aeterna, ac metuat vindictæ arma Dei.
 Sitq; illi vna salus nullam sperare salutem:
 Quis feret afflicto commiseratus opem?
 Hoc facit ipse Deus, miseros solamine fulcit,
 Ac offert nati vulnera sancta sui:
 Quo, quia sincera credentes mente fruuntur,
 Ipse facit verbo credula corda suo.
 Ipse etiam faciet purrefacta resurgere membra,
 Vltima si cæli clanget ab axe tuba.
 Interea vita discrimina seua feramus:
 Mox finem cunctis Ipse Deus faciet.
 Mox faciet: referat viatrix Ecclesia palmam,
 Aeternum supero floreat vsq; polo.

IOAN-

IOANNES PACHEVS.

ANxia cur anima es? Cur te sic conficis ipsam?
 Cur te tam tristis sollicitudo premat?
 Mitte graues luctum, nimiosq; remitte dolores:
 Lata hominum Rector secta tibi faciet.
 In risum lacrymas, curas in gaudia vertet,
 Et tibi cælestes accumulabit opes.
 Qui cælum è nihilo, terram, vndas, aëra fecit,
 Plurima de paucis cur modo non faciat?
 Ne dubita, FACIET. mora parua est, anxia ne sis,
 Quod petis, Ipse tibi, ne dubita, FACIET.
 Ille fouet cæli volucres, & lilia vestit:
 Et dubitabis adhuc ne tibi idem faciat?
 Plura tibi faciet. Tu dignior alite. Vincis
 Lilia: diuine semina lucis habes.

I D E M.

Anxius inquiris vite quid postulet vsus?
 Viuendi ratio quæuè sit apta tibi.
 Fide Deo, curamq; tui securus in ipsum
 Conijce: erit certo praesidium ille tuum.
 Ipse tuus faciet votis maiora, beabis
 Semper & optatis reg, tuosq; bonis.

GEORGIUS HOLSTERSVS
SVECVS.

CRede Deo cunctas cordato pectore curas,
 IPSE, tibi ex vsu quicquid erit, FACIET.
 Basileæ.
 ABRA-

ABRAHAM LISHIVS.

IPSE, cui quondam pia turba: Bene omnia fecit
 Gratanti applaudens accinit ore, Deus
 Vivit adhuc & in eternum, ter maxima cuius
 Et facit, & FACIET dextera, cuncta bene.

NICOLAUS ALETIVS.

Quid dubitas? Spera, solidag, innitere petra:
 Ac expende tuo, Corq, animumq, Deo.
 Ipse regit vitamq, tuam, victumq, ministrat,
 Et quacunq, petis ne dubita FACIET.

HVLDRICVS SCHOBERS.

Moly dolos Circes reprimens servavit Vlyssam,
 Et vicit magica mista Venena manu.
 Innumeris fertur Panacea resistere morbis:
 Nepenthes luctus triste leuavit onus.
 Sic alijs alia vires quæruntur in herbis:
 Nulla tamen mortis frangere tela potest.
 Sed quam tu riguo carpisti in Daidi horto,
 Vnica falsiferam perdomat herba necem.
 Vna graues agra mentis lenire dolores
 Plus quam Nepenthes, quam Panacea valet.
 Vna potest motos animi componere fluctus:
 Quid moror? hac morbis omnibus vna salus.
 O te felicem, non hanc Cyllenius Hermes,
 Non Helene plantam, sed Deus ipse dedit,

Ipse

Ipse pererrantem diuina rosaria verbi
 Duxat, & è cornu diuite fundit opes.
 Nemo, Deum cupido qui corde Sionis in horto
 Intentiūq, oculis querit, inanis abis.
 Munere sic Domini tu, Vir clarissime, florem,
 Quo melior voto non habeatur, habes.
 Quisquis eum seruat, Christi securus in vlnis
 Dormit, & ex alto despicit omne malum.
 Finge igitur, quamvis (nullum sit in omine pondus)
 Expositus varijs corripere malis:
 Attamen impavidum Satanas te tanget & anget:
 Saluus enim presens per medicamen eris.
 O ita Dñ faxint omnes imitemur ut vnum
 Exemplum fidei, clare Iacobe, tue,
 Omnibus inq, malis animum tollamus ad astra,
 Vnde venit leta fronte serena salus.
IPSE Deus FACIET (diuini floris amœnum
 Vocibus hu clausum nomen & omen inest)
IPSE Deus FACIET, nobis hic flosculus auram
 Si spirat, portum nostra carina tener.
IPSE quod oramus, FACIET. Si credere quimus
 Quod petimus faciet vel meliora dabit.
 O fortunatos hortos: ô prata Sionis
 Aurea, quæis florum hac copia dia vires.
 Eia cateruatim violaria sacra petamus:
 Nam si prosperior fauerit Aura Dei:
 Illius innumeros generis capiemus odores,
 Qui Styga, qui mortem, qui mala cuncta leuent.

I D E M.

Multa beatorum de conditione vetustas
 Edidit, à veri luce remota Dei,

In

In quibus, ut Nili fluuiorum regis in hortis,
 Sunt bona mista malis, & mala mista bonis.
 Iudicijs igitur sanctis excussa tuuabunt:
 Abiq, salus grano lecta Napellus erunt.
 Falsa fessilem crebro sub imagine veri:
 Sic mentita fuit nubes imago Deam.
 Proderit inprimis veterum commenta probatis
 Oraculis verbi composuisse Dei.
 Inde liquecet enim, quid dissent ara lupini,
 Et quo dissideant illa vel illa modo.
 Vera supra solem fulget sententia, secum
 Constat, & in cultu simplice lumen habet.
 Falsa, fugax lucus, limum ceu sepia captat,
 Inconstans, phaleris obfusa, comita dolo.
 Res patet exemplis, quam dissentanea vero
 Somnia de summo proposuere bono.
 Hic sibi persuadet Plutum caput esse bonorum,
 Ille voluptatem regna tenere putat.
 Nonnullis in honore placet sibi ponere summam,
 Quos turuli tangit nobilitatis amor.
 At quos luce sua propius collustrat Honestas,
 Rectius illorum calculus ire solet.
 Nam Virtus fuerit Regina fatentibus illis,
 Principi illustrem finis adepta locum.
 Hi meliora docent, & convenientius errant,
 Sed tamen errando transilire scopum.
 Quin & Aristoteles, aquilinum nactus acumen,
 At Plato quaesitum praterire bonum.
 Nulli inuenta patens ad summum ianu a finem,
 Nemo fuit, qui rem tangere posset acu.

En,

En, quot suscipiat formas temerarius error,
 Prothea vix credas tot variasse modis.
 Ecquis in hoc ceco tenebrarum vortice certus
 Esse, beatorum de statione potest?
 Si quid nosse iuuat solidi veniamus oportet
 Ad Christum, Christus vera docere potest.
 Quid docet ille autem? Censendos esse beatos
 Afferit, innixos speq, fideq, Deo.
 Hac vtraq, manu recipi sententia debet,
 Nam patris ex summi fontibus hausta fuit.
 Quisquis ob id nostrum desiderat esse beatus:
 In Christo si spem rege locabit, erit.
 Rebus & in trepidis, tanquam Marpesia cautes
 Scabit, & intrepida tempora pacu ager.
 Ergo procul dubio te iure fatemur Amici
 Participem summi, magne Iacobe boni.
 Nam te constanter meritis insistere Christi
 Iudicio poterit Symbolon esse tuum.
 IPSE, inquit, FACIET, referens pronomine Christum,
 Non alius nostrum fert onus, Ipse tulit.
 Nemo domare necem, lernamq, abolere malorum,
 Ipse domare potest, Ipse abolere potest.
 Ipse vices hominum considerat, Ipse dolores
 Aspicit, impositam detrahit Ipse crucem.
 O ubi nunc virtus, & honos, & blanda voluptas, I 1
 Et Plutus? Summi sunt leuis umbra boni. V 1
 O ubi dementes? qui spem profitentur Olympi,
 Nec tamen in Domino spem posuere suam.
 Quales qui meritis nituntur scandere caelum,
 Et iustos operum se fore rentur ope,
 O

Quid

*Quid dubitamus? erunt, sed quando Platonius annus
 Perfecto caudam strinxerit orbe suam,
 Si, nisi qui meritu caelestia regna capeſſit
 Nemo beatus erit, nemo beatus erit.
 At nos purpureo conſperſi ſanguine Chriſti
 Caeleſtes fidei ſpe capiemus opes.*

I D E M.

*Cum tua mens errat dubio perterrita caſu:
 Conſilium precibus quærat anhela Dei.
 IPSE quod ex uſu eſt FACIET. nihil IPSE negabit
 Quod petiſ, in Chriſti ſi petiſ aqua fide.
 Quod nemo potiſ eſt FACIET, mala cuncta fugando,
 Et bona donando diuite cuncta manu.
 Sta pia mens: qua cauſa fuga? Conſide. Timorem
 Miſſe, Triumphabiſ ſub cruce ſiſa Deo.*

Torunij Boruſſ. 1589.

Finis Libelli Tertij.

Pſal. LXXXIX.

MISERICORDIAS DOMI-
 NI CANTABO IN ÆTER-
 NVM.

AD ÆQVVM LE-
 CTOREM ET AE-
 STIMATOREM HVIVS
 LIBELLI.

HÆc collecta diu mihi, iamq; olim edita
 partim
 Omnia nunc tandem iuncta recudo
 ſimul.

Cauſa triplex: & de trinis illa vnica princeps,
 Principis ipſius gloria, lauſq; Dei.
 Proxima deinde, mei teſtamen cordis amicis:
 Quos & amore colo, quos & honore colo.
 At poſtrema, mea ipſius vel prima voluptas:
 Suauiter hunc recreet quæ mihi ſæpe ani-
 mum.

Iam te, Lector, in hæc mihi ſi neq; forſan ami-
 cus

Incideris quiſquam, paucula inante rogo.
 Candidus eſto: nihil varijs auctoribus, & nil
 Offenſus varia gente, nihilq; loco.
 Nil etiam te Religio diuerſa, moretur:
 Sic me alij, Ipſe alios vt fero, quæſo ferant.
 Quiſq; quod EX ANIMO & BENE FIDENS
 credit, in illo

Iudicio Domini ſtatq; caditq; ſui.
 Deniq; ne carpas, ſi carmina forte tot inter
 Vel breuia iſta nimis, longa vel iſta nimis,

O 2

Hæc

Hæc vel deteriora, vel hæc meliora videntur,
 Iudicio placeas ne nimium Ipse tuo.
 Iudicium hoc audi: Bene sunt dicta omnia
 dere
 Dicta bonâ ex animo, ceu pote quisq; bono.

F. M.



A P P E N D I X


AD TRES DE SYM-
 BOLO CARMINVM
 LIBELLOS.



P S A L. C L.

OMNIS SPIRITVS:
 ET QVICQVID HA-
 BET SPIRITVM LAV-
 DET NOMEN DOMI-
 NI.

ABRAHAMO
ORTELIO SECVLI
NOSTRI COSMOGRA-
PHORVM PRINCIPI.

 E verò quomodo præte-
ream, optime & carissime Or-
teli, vir clarissime, in hoc opu-
sculo nostro? Quis possit hoc fieri, ut non
illius aliquid etiam tui amabilissimo &
laudatissimo nomini consecrem Ego? qui
tot nominibus sum in are tuo, & nihil tam
debeo, quam officia illius virtutis, quam
veritate & iustitia constare tradunt ij,
qui de vita & moribus philosophantur.
Colimus inter nos amicitiam totis viginti
annis, & amplius etiam ut puto. Hoc
tam longo tempore quæ quantaq; sunt in
me profecta & collata studia & officia
tua? inter quæ vel in primis & ante alia
pono,

pono, quod tot præstantium virorum in
Belgia vestra, in Anglia, in Hispania
benevolentiam & amorem mihi concilia-
sti, ut loquuntur carmina illinc missa,
quorū tu propè vnus conciliator omnium.
Quid dicam de Bibliothecula mea, delitio
illo meo, quæ tot bonis, & raris, mihiq;
valde charis libris est auctior facta &
ornatior studio & beneficio tuo? Quid de
alijs literatis donis & muneribus, libera-
lissimo & libentissimo pectore in me colla-
tus, vel potius effusus? Illud præcipuè com-
mendare debeo, quod & in Theatro orbis
terrarum extare voluisti æternum pignus
amicitiæ nostræ, dum Germania vete-
ris tabulam inscripsisti nomini meo: &
operis illius immortalis, quod verè est mo-
numentum ære perennius, regaliq; situ py-
ramidum altius, exemplum integrum, lu-
culentè constructum, cum egregia Epigra-
phe, ad me dono misisti: Quod idem pror-
sus

sus de suo vita humana Theatro, non diu ante obitum, fecerat vir clariss. Theod. Zuuingerus, qui si nunc viueret, omnino te illi coniungerem, & utriq; vestrum, beneficium simile pari gratiarum actione remunerarer. Omitto alia quae in me contulisti officia, talia profectò, ut à fratre non possint maiora aut plura sperari, quibus & affecisti Me per tot annos, & afficere non desinis: ad quae velut Colophon & coronis accessit sacrum illud vinculum, quo nuper est arctius constricta nostra amicitia, nato filiolo meo Friderico, cui tu absens factus compater, in omnibus ferè literis tuis de ipso quaris, & eum cum votis salutas, atq; adeo sic complecteris, ut si ex te natus esset, magis amare vix posses. Omitto causas alias, propter quas in hoc opusculo, cuius particulam, miscellanea quaedam ut vides continentē, quae volui esse Symbolicorum appendicem, ad te mit-

te mitto, compellendus mihi fuisti, mi optime & amicissime Ortel, Vir ornatissime & integerrime: Tantum hoc aio, Me non minus, imo verius etiam de te & de ijs, quae tu contulisti ad hanc editionem, dicere posse, quod amicissimus noster Nathan Chytraeus, cum fastorum suorum operis mensē postremū mihi dedicaret, scripsit: Totū igitur tibi se labor hic cum debeat ipsum:

An nihil ex illo debuit esse tuum?

Peto autem abs te magnoperè, ut hanc mea tum officiosae voluntatis significationem, tum gratae mentis testificationem, ab optimo tuiq; amantissimo & obseruantissimo animo profectam, in partem optimam accipere, & animum potius, à quo proficiscitur munusculum ipsum, & ipsa menat oratio nostra, quàm doni qualitatem aut dicentis verba, respicere & aestimare: ac de germana sinceritate sensus & affectus erga te mei, quod facerete cretus sum, iudicium inde facere velis.

O, Quod

Quod restat, & saluto te plurimum,
hoc est, omnem salutem & incolumita-
tem Tibi viro candidissimo, & amico de
me opt. merito tam meis verbis quàm
meorum, inprimis Friderici nostri ex ani-
mo voueo: & ut amicis communibus,
hoc est Belgij syderibus & reliquis, quorum
nomina cur recenseam? idem meo nomi-
ne amanter & officiosè precari velis, ma-
iorem in modum abs te contendo. Quod
idem optat doctissimus Acidalius, Tibi
& praestantissimo Lipsio nostro carissimus,
quo nunc usus sum in edendis istis Theseo.
Absq; eo enim esset, aut non prodiret hoc
tempore libellus hic noster in publicum, aut
certè isto habitu & ornatu non sese daret
conspiciendum. Iterum vale praestantis-
sime Orтели: & me, quod profecto facis,
ama: hoc est, amare, quod abs te fieri nul-
lus dubito, nunquam desine. Anno 1595.
Vratislavia.

I. M.

PSALMI DAVIDIS XXXVII.

duplex secundum Hebraicam Tre-
mellio-Iunianæ translationis veri-
tatem interpretatio.

ad pleniorē MONAVIANI SYM-
BOLI T8 IPSE FACIET
expositionem velut Appendix.

KAR. V TENHOVIO: qui totum pro-
pediem Psalterium eodem eorundem
carminum genere expressit:
INTERPRETE.

ORNATISSIMO, DOCTISSIMO,
CELEBERRIMO QVE VIRO:
IACOBO MONAVIO VRATIS-
LAVIENSI S. P.

Iacobidarum IACOBÆ MONAVI omnium
Silesiorum non modo, sed & Teutonum
Celeberrime, ornatissime & doctissime,
Quos fama notos fecit Vtenhouio
Candida tuarum buccinatrix dotium.
Precibus Metelli victus, atq; Posthij
Nec non Melissi, concolorum hominum tibi
Candore, doctrina, fide, facundia,

Karo-

Karolus Apophtegma in tuum, vel symbolū, aut
 In familiarem tesseram potius tuam
 (Qua vix in odis altera est Dauidicis
 Mihi crede, consolationis plus habens)
 Varia inchoarat carmina Vtenhouius
 Latio, Pelasgo, Eberico atq; Gallico
 Sermone, quorum exordia aliquot huic schedæ
 Fortasse subijciam, sed (cheu) Nussæ
 Miserabile excidium vrbis (in qua quattuor
 Vixi per annos) audiens, retuli pedem
 Velut angue presso, deq; tabula protinus
 Tremulam remoui exasciata dexteram,
 De morte commentarios scripturiens
 Vitaq; pænitentia præter nihil,
 Velut ex mearum Epistolarum Hecatontade
 Varias meaturarum in Europæ plagas,
 (Si forsan excudatur alibi) colliges
 Satis superq;, Symboli in quibus tui
 Studeo explicare ἀνατακτικῶς mysterium.

Cum carmina igitur lætum opus, vti scis, si-
 Pacemq; habere mentis idcirco velint, (ent
 Nec adhuc redire valeam ad intermissum opus
 Fastidiosa tristis ægrimonia,
 Visum est Dauidis vnicum tibi Psalmulum
 (Dilectum vnde mutuatus es tuum)
 Duobus expressum modis fideliter,
 IACOBÆ MONAVI instar arræ mittere, vt
 Fidem, Metellus quam dedit tibi, liberem, &
 Precibus Melissi & Posthij faciam satis,
 Tuisq; votis: & spei de Karolo

Quam

Quam tibi Triumviratus iste Vtenhouio
 Fortasse vero fecerint maiusculam.

KAP—ΟΔΟΣ MONA—BION interim or-
 ΘEN—Ω—BIOΣ

In eo valere ipso iubet, qui (si malæ
 Modo Sabbatissimum CARNIS indicamus hoc
 Mortalis in tentorio Corpusculi
 Constanter atq; serio illecebris semel
 Satanæ resistendo viridi pectore)
 Reliqua Ipse (ne dubitemus) EFFICIET MONOS,
 Quæ facere tressles non valemus Homunculi.

Dusselopoli (quam turba Dusseldorpium
 Barbarica in hunc diem vsq; dixit) Montium.

1586. 6. Septembris: filo nouato.

Tuus ille amico amicus

Vtenhouius.

P S A L M V S

*ad numeros odes Horatiana : Nunc est
bibendum nunc pede libero.*

NOLI malignos propter in iram agi,
Noli inuidere his qui faciunt nefas:
Namq; instar excidentur herbæ, ac
Ceu viridis cito flos fatifcent.
Confide IOVÆ, & fac bonum, & incolas
Terram, atq; vera pascitor in fide:
Teq; in IEHOVA oblecta, & Ipse
Cor quod auet tibi largietur.
Viam IOVAM deuolue super tuam,
Confide & ipsi: IPSVSq; AGET, exerens
Tuam æquitatem lucis instar,
Ceuq; diem medium tuum ius.
IOVÆ acquiescas opperiens eum.
Ne propter illum cui sua prospere
Res cadit. accendaris ira, aut
Qui meditata nefanda patrat.
Absiste ab ira, & desine ringier,
Ne erumpat ira in flagitium caue;
Maligni enim excidentur: at qui
Cunq; manent IEHOVAM, obtinebunt
Hæreditatis iure solum capax.
Paulumq; adhuc nec plane erit improbus,
Eius post locum si requiras,
Paruerit locus ille nusquam.

Tellu-

X X X V I I.

*ad numeros odes Horatiana: Iam iam
efficaci do manus scientiæ.*

1. **N**E facinorosos propter ira accenditor,
Neue inuideto perpetrantibus nefas.
2. Namq; cuò succidentur instar graminis,
Herbæq; tenera ceu viriditas decident.
3. Fiduciam in IEHOVA habe, atq; fac bonum,
Terram inhabita, verag, pascitor fide.
4. Tuag, in IEHOVA fac voluptas vt fiet,
Tuig, cordis postulata dabit tibi.
5. Deuolue IOVAM tu viam super tuam,
Confideq; in eo: namq; FACIET IPSEMET.
6. Tuamq; iustitiam velut iubar entheam,
Tuumq; ceu meridiem ius exeret.
7. IOVÆ acquiesce, iugiterq; expecta eum,
Ne prosperantem propter in via sua
Furoris, accendaris æstu feruidi,
Ne cogitata propter expletem virum.
8. Absiste ab ira, & derelinque æstum illius,
Saltem ad malefaciendum ab ira tempera.
9. Nam malefici excidentur Homines stirpitus.
At quisquis expectat IEHOVAM cum fide,
Telluris huc possessor atq; heres erit.
10. Paulumq; adhuc, planeq; non erit improbus,
Eiuz, si locum requiras, nusquam erit.

A
4c

Telluris hæres pauper inopsq; erit,
 Pacisq; se oblectabit in vbere,
 Nefanda iustum machinatur
 Dente fremens mala turba contra
 At ridet illum cunctipotens herus.
 Namq; eius aduentare videt diem.
 Stringunt secespitam improbi, arcumq;
 Ut miseros inopesq; sternant,
 Macitentq; rectos, & iugulent via
 Tendunt dolosum, Cor sed in hostium
 Secespita intrabit. dolosus
 Commiuetur & arcus horum.
 Pusilla iusto res melior viro est
 Cuiq;, quam res ampla sua improbis.
 Namq; improborum conterentur
 Brachia: I O V A pios tuetur.
 I O V A innocentum tempora nota habet,
 Hæreditasq; in seclapereennia
 Futura eorum est, nec rubore
 Tempore sunt crepero notandi.
 Ijdem satullandi famis in die,
 Namq; improborum turba peribit, &
 Hostes I E H O V A E sicut agni
 Deficient pretiosa fumo.
 Vir mutuò gaudet capere improbus,
 Sed reddere acceptam nequit ille rem,
 At gratiam facit benigne,
 Iustitiæ memor atq; donat.
 Nam quos favore hic prosequitur suo,
 Hæreditatis iure tenent solum,

Quos

11. At mansuetus omnis hæres terra erit,
 Paciq; se oblectabit idem in copia.
12. Nefanda contra cogitat iustum improbus,
 Frenetq; eundem dentibus contra suis.
13. At Dominus eius ridet insolentiam,
 Quoniam diem eius aduenire prospicit.
14. Secepsitam licet improbi recluserint,
 Arcumq; sinuosum licet tetenderint,
 Ut pauperem inopemq; protelent humi,
 Iaculog; rectos in via petant viros:
15. In cor secespita ibit ipsorum tamen,
 Arcuq; vi frangentur ipsorum sua.
16. Pusilla res cuiq; iusto melior est,
 Quam copia improbis fiet sua plurimis.
17. Namq; improborum brachia frangenda sunt,
 Iustosq; I E H O V A fulcit atq; sustinet.
18. Agnoscit innocentium dies I O V A,
 Hæreditasq; eorum in omnem ætatem erit.
19. Non erubescunt tempore ijdem illi in malo,
 Sed enim satullabuntur in famis die.
20. Namq; improbi pereunt, & inimici I O V A E
 (Velut agni adeps consumitur tenerrimi)
 Vapore consumuntur ijdem fumeo.
21. Fanerat homo improbus, accipitq; mutuo,
 Sed reddere acceptam nequit rem mutuo:
 At gratiam facit aquus atq; largus est.
22. Nam quos sua benedictione idem beat,
 Hæreditatis iure terram possident.

P

At

Quos execratos ille contra
 Deuouet, intereunt ab imo.
 I E H O V A gressus dirigit integri
 Viri, ipse cuius deliciatur in
 Via: haud cadens succumbet vnquam,
 Namq; manum I O V A fulcit eius.
 Puer fui olim, consenui q; iam,
 Nec derelictum iustitiæ virum
 Vidi tenacem, aut semen eius
 Quærere sollicito ore panem.
 Diem per omnem mutuatur, & facit
 Benigne, & eius stirps benedicta agit.
 Renuncia malo & bonum fac,
 Atq; habitato solum omne in æuum,
 Nam ius I E H O V A iudiciumq; amat,
 Nec derelinquet I O V A sibi sacros,
 In seculum seruantur iidem,
 Seminium perit improborum.
 Telluris hæres iustus erit suæ,
 Inq; æuiternum seculum eam incolet,
 Os cogitat iusti sophiam,
 Linguaq; iudicium merum eius.
 In corde lex est Numinis ipsius,
 Nec gressuum vllus cespitat ipsius,
 Obseruat improbus tenacem
 Iustitiæ, huncq; necare quærit.
 Non derelinquit I O V A eum in istius
 Manu, nec ipsum (quando agitur reus,
 Coram tribunali seuerio
 Iudicis (opprimier finit vi.

Attendi-

- At quos sua maledictione deuouet,
 Radice ab ima excindiet tandem solent.*
23. *Gressus probi statuuntur à I O V A viri,
 Eiusq; delectatur ipse semita.*
24. *Quando cadit, haud deiecitur, aut pessundatur,
 Quoniam I E H O V A sustinet manum ipsius.*
25. *Puer fui, senexq; factus sum quoq;
 Neg, derelictum iustum Ego vidi virum,
 Vsq; adeo, vt eius quæretet semen cibum.*
26. *Miseretur omni, datq; mutuo die,
 Inq; benedictione semen eius est.*
27. *Recedito à malo, facitoq; quod bonum est,
 Sicq; habita in omne, permaneq; seculum.*
28. *Iudicium enim I E H O V A vsq; diligit,
 Nec derelinquit quos benigniter excipit,
 In omne conseruantur iidem seculum.*
29. *At improborum semen extirpabitur,
 Telluris hæredes perennes iusti erunt,
 Inq; æuiterna secula habitabunt eam.*
30. *Sapientiam meditatur os iusti meram,
 Eiusq; lingua iuris expers nil sonat.*
31. *In corde lex Dei sui sedet ipsius,
 Deniq; nec vllus gressuum eius cespitat:*
32. *Iustum improbus speculatur aduersus virum,
 Quæritq; morte afficere eundem & perdere.*
33. *Ioua non relinquit illum in istius manu,
 Neg, iudicandum finit eum damnari.*

P 3

34. Atten

Attendito ad IOVAM, atq; viam ipsius
 Obserua, & extollet mora parua, te ad
 Hæredium terræ, videbisq;
 Excidium vitiosa agentum.
 Ingente vidi nuper Ego improbum
 Vi se exerentem, atq; indigenæ arboris
 Ritu virentis se explicantem,
 Praterijtq; deinde, & ecce
 Parebat idem nullus ibi amplius.
 Quasiui enim ipsum, nec reperi integrum,
 Obserua, & intuerere rectum,
 Pax hominis mera finis huius.
 Præuaticatores simul occident,
 Finisq; ab ima stirpe abolebitur
 Sontum: à IEHOVA enim salus est
 Iustitiæ studio flagrantum.
 Roburq; eorum est tempore in aspero, ac
 Ipsos IEHOVAH liberat, ac iuuat:
 Ab improbis tuetur ipsos,
 Quandoquidem se ad eum receptant.



34. Attendito ad IOVAM, & eius obseruato iter,
 Terræq; te ad possessionem prouebet.

35. Vi maxima erumpentem Ego vidi improbum,
 Seq; explicantem viridus instat Laureæ.

36. Dein praterijt, & ecce non erat amplius,
 Quasi eram etenim eum, sed haud inuentus est.

37. Hominem integrum obserua, atq; rectum respice,
 Finem istius Viri esse pacem dixeris.

38. Pariterq; Apostatas perire & perdier,
 Finem improborum excindier radicitus.

39. Iustorum enim à IOVA salus pendet virum
 Roburq; eorum tempore est angustie.

40. Iuuatq; eos IEHOVA, liberatq; eos:
 Liberat eos ab improbis, sanatq; eos.
 Quia se recipiunt spem fouentes ad ipsum.



EXORDIORVM VEL
Carminum potius in Monauianum
Symbolum, τὸ IPSE FACIET, scribi
ceptorum ex Vtenhouij Aduerfa-
rijs huc translata farrago.

In illud MONAVIO—DAVIDICVM

יהוה יצחק

Omnia de nihilo qui FECIT, & omnia verbo,
Quig, adeo valida qua vult facit omnia dextra,
IPSE Deus FACIET: FACIET Deus omnia quauis,
Sabbatha si vicis indicens omnibus, IPSI
Non pecudam fibri, puta sed mentu acerra,
Quod superest aui longue, breuiusue litabū:
Monauia gentis columenq, decusq, Monauī, &c.

In idem Monauij diſterium

ANNAE PALANDAE RV-
LANDIDOS ad Ioann: Poſthum Iatrope-
tam incomparabilem Adonij.

Speq; Fideq;
Plenus in vnum
Pectoris omnes
Anxietates
Conijce Chriſtum,

Candi-

Candide Poſthi, &
Quicquid auebis,
Ne dubita, Ipse
Te ſine, Chriſtus
Cuncta ſecundo
Fine beabit.

Alias in Duſſelo-
politano codice:
docte Monauī.

In familiarem Iacobi Monauij teſſeram
ὑπερατικῶν ἀρχῶν.

Χρὴ θαρσύνῃ Ιάκωβ: MONA—BIOΣ ὃς πέλεν ἐλπίς
ἐλπίς ἐνὶ χριστῷ, καὶ χριςτὸς ἅπαντα ποιῶν,
ἔσται σοί γε μόνον πελέτω πίσιστε καὶ ἐλπίσ
καὶ βίον, αὐτὸς ἔφυ, βιοδότης μὲν ἰησοῦς.

Aliud in illud τὸ IPSE ἀναγκασμᾶτισμεν
SEPI

ANNAE PAL. RVL. Diſtichon.

Certa Iacobe Fide, nutantia pectora SEPI,
IPSE q, ne dubita quod petis efficiet.

In idem

ANNAE VTENHOVIÆ.

Qui dixit, fiat lux: factaq, protinus est lux,
IPSE quod orabis, si pius es, FACIET.

In idem.

Quicquid homo metuens metuendi numini optat,
IPSE Deus FACIET, quoniam promisit, & IPSE est
P 4 Polli-

Polliciti pactisq; tenax, confide Monau,
 Te sine. Sabbatum agas tu tantum Iacobe MCVQ—vi
 Vi sola fidei, Sola—vi pneumatis inquam
 Sola inquam fidei, Sola vi pneumatis illud
 IPSEMET EFFICIET, tantam confide Monau,
 Tantum Iacobe Deo fidas, & sabbata serues.

IN illud IACOBI	IPSE FACIET
MONAVII	ΜΟΝΑ—ΒΙΗ
κἀρολ	ΟΥΘΕΝ—Ω—ΒΙΟΣ.
ἐξήγησις ἀνατολική.	

Quando Iacobe FIDES Hominem facit vna Beatum,
 SOLAQ; iustificat, vel Paulo teste, Monau,
 FIDE Iacobe Deo: fideiq; speiq; ΜΟΝΑ—vi
 Dummodo legitime certes, & sabbata cupitis
 Indicas vicis: FACIET reliqua IPSE Monau,
 Qui mare, qui terram è nihilo, cælumq; creauit
 Spiritus vnigena meritum vel propter Iesu,
 Quæ CARO spiritui nequeat facere vlla rebelles:
 Tantum Iacobe IPSI fidas & Sabbata serues.

Dusselopoli (quam turba Dusseldorpium
 Barbarica in hunc diem vsq; dixit)
 Oreadum.

Tuus ille amico amicus
 Vtenhouius,

Principium fecisse satù: Cras plurima dicam.

Edita hæc omnia sicut fuerunt transmissa.

FRAN-

FRANCISCVS IVNIVS D.

FACta alij faciunt, quorum mihi facta facebant:
 IPSE mihi FACIET qui bene facta facit.
 IPSE mihi FACIET, solum miracula factu
 Qui facit, & facili singula facta manu.
 Quis facinus faciat? facili FACIET Deus IPSE,
 IPSE salutari cuncta manu FACIET.
 IPSE salutari FACIET, spero, omnia factu,
 IPSE exsp. Etanti singula mi FACIET.
 IPSE facit, fecit, FACIET: quin perficit ipse,
 Qui perfecit adhuc, perficietq; mihi.

Lugd. Batavor. 1595.



TOBIAE SCVLTEI

P. L. Strenæ ad
 I. M.

Epigrammatum de illius nomine, in-
 signibus & Symbolo tetra-
 des tres.

EPIGRAMMATVM

Tetras Prima: in qua anagram-
 matismi quatuor linguarum.

P S

Ana-

Anagrammatismus Primus.
Hebraicè.

יעקב מנאן יכב

עקבי מאן יכב

H. E.

Calcanei mei extra Iniquitatem.

פה אנשים ים-און והכל אכל :
אתה אבי רוחך טובה תנהני
והיו עקבי מאן והכל :
הודיעני גם פניך אל גואלי
ולא שמי עוד יעקב יאמר
כי אם ישראל גם שמי ישמר :

Quæ ad Verbum, ita latinè habent.

Hic homines (sunt) mare iniquitatum, & hoc uni-
uersum Lucus :

Sed, Pater mi, Spiritus tuus bonus deducat me,
Et erunt Calcanei mei extra Iniquitatē & Vanitatem :
Ostende mihi etiam Faciem tuam, o DEVS, Seruator
meus :

Et non amplius Nomen meum Iacob vocabitur,
Sed Israël nomen meum etiam seruabitur.

Anagrammatismus Secundus.

Græcè.

ΙΑΚΩΒΟΣ ΜΟΝΑΒΙΟΣ
ΝΟΜΟΣ, ΒΙΑ, ΑΚΟΣ ΒΙΩ.

H. E.

Lex & Potestas, Medicina Vita.

Κικλώπων μὲν αἰεθρε νόμων βίῳ, οἷσα βίῳ
πάντας δαμάζονται χειρῶν.
ἀλλὰ νόμοι πόλεων περιόηται, ἄμμοροι ἀληθῆς
κώδωνες ὡς ῥόπῃς ἄτῳ.
ὦσε βίῃτε νόμος τε ἀνάμματα, ὡφελὸς οὐδ' ἐμ
δαλοῖσιν εἰσφέρειν βροτοῖς.
συζυγίῳ δ' ἱερῇ μὲν ἐνὶ πόλεισι λαχόντες,
ΑΚΟΣ ΒΙΩ, ΝΟΜΟΣ, ΒΙΑ.

Quæ latinè ad Verbum ita habent.

VIta quidem absq, Legibus, Cyclopus est, qui vi
Manuum omnes domant :
Sed amabiles Ciuitatum leges, absq, vi & executione,
Sunt vt aramenta absq, pistillo.
Vt ita Vi & Lex, separata, nullam utilitatem
Aetumnosis hominibus afferant :
Sacram verò coniunctionem in Republica nata
Medela vita (sint) Lex & Vi.

Anagrammatismus Tertius.
Latinè.

IACOBVS MONAVIVS.
SIC BONA VIVVS AMO.

P 6

Vtiliter

Vtiliter Virtus colitur, dum vita superstat:
Post Mortem, frustra: SIC BONA VIVVS
AMO.

Aliter.

SIC BONA VIVVS AMO terrena, caducis
Ne sisus, excidam Cælestibus.

Aliter.

SIC BONA VIVVS AMO Cælestia, fluxis
Vt nil inesse virtutum bonis putem.

Anagrammatismus Quartus.
Gallicè.

IAQVES MONAVE.
O QVE N'AS MA VIE?

He.

O quid non habes Vita mea?

Pu qu' en toute chose
En Dieu se repose
Mon cœur vrayment:

O QVE N'AS MA VIE,
T' estant afferme
Bien & seurement?

Quæ

Quæ ad Verbum ita latine habent.

Quanòquidem in omni negotio
In DEO conquiescis
Cor meum reipsa:

Ouid non habes mea Vita,
Qua conseruari
Benè & securè?

STRENARVM

Tetras Secunda.

In qua insignia Monach earundem Lin-
guarum Epigrammati cele-
brantur.

Epigramma Primum.

מנאו עשרת אצילים
הנה שלשת ירחים
נגה ואורה בצנך:
רק האל מגן מגנות
ובו שמש הצדקות
הוא אורה ונגה לבך:

Quæ

Quæ A. V. I. L. Habent.

MONAVI, Corona Virorum præstantium,
Ecce Tres LVNÆ
Splendor & Lux (sunt) in Clypeo tuo.

Veruntamen DEVS ille (est) Clypeus clypeorum.
Et in eo Sol Iustitia (CHRISTVS,)
Ipse Lux & Splendor Cordis tui.

Epigramma Secundum.

ΕΝ τρεῖς εἰσὶ θεοὶ. ἑκάτῃ ἐν ὑποχθονίῳ,
μήνῃ ἐν οὐρανίῳ, ἀστερίῃ ἐν χθονίῳ.
ἀλλὰ μοι ἐν σάκει τρεῖς μὲν λαμπρὸς εἰσὶ σελήνηα,
αὐτὰρ ὅμως μήνῃ ἐν χθονὶ οἶδ' αὖ μίαν.
ἀτρεκέως δ' ἐσέλας φασὶ μῦθος Ἰοὺς ἡελίοιο
μόνον ἐν οὐλύμπῳ. τὸ δ' Ἀδ' οὐ μέλει τοι.

Quæ ad V. L. ita habent.

Tres Dea unum sunt, Hecate apud infe-
ros:

Luna in Cælo: Diana in Terra.

At mihi in Clypeo tres quidem splendentes Lu-
nae sunt:

Sed tamen in Terra Vnicam saltem novi Lu-
nam: (Ecclesiam, nempe)

Reuerà

Reuerà etiam novi solis iubar homines illustrans
In solo Cælo, (Christum:) Infernum autem
non curò.

Epigramma Tertium.

Adspicis in clypeo tria prima CORNVA
(Luna)
Nascenti tremulum spargere luce iubar?
Crede mihi, PLENO ruit abunt iugiter Orbe,
Quamprimùm VERVS SOL eadem adspiciet.

Epigramma Quartum.

Sonnet.

Voyez les trois croissants du guidon de la
nuict,
Représentéz aus armes de MONAVE,
Présans des nobles gens l'honneur si braue,
Par traits dupeintre, qui tout a tres bien
deduict?
Celuy est tresheureux, qui se pourrait pro-
duict,
A l'œil toujours a comme le MONAVE:
Qui n'est pas orgueilleux, mais sage &
granc,

En

En luy l' estat des hommes contemple avec
fruit.
Le LV NE maintenant est ronde & pleine,
Tantost cornue, & tantost nulle & vaine,
Et par ses visages diuers croist & decroit:
Ainsi en tout ce monde, chose humaine
Auiourd' huy estre en fleur & gloire hau-
taine,
Demain venir al' ombre & poudre on voit.

Quæ ad Verbum l. i. h.

Adspecte tria crescentia (cornua) vexillifera
nocturna (Luna)
Representata in Clypeo Monauj:
Celebrantia nobilis gentis decorem insignem
Per lineamenta Picitoris, qui omnia benè ex-
presit?


Felix ille, qui insignia ista proposita
Semper ob oculos habet, quemadmodum Mo-
nauius:

Qui non elatus animo, sed prudens & grauis
In illis conditionem hominum cum fructu con-
siderat.

Luna quidem nunc rotunda est & plena,
Mox corniculata, & mox nulla & euanida.
Et vultu diuerso crescit & decrescit:

Ita

Ita in toto hoc mundo res humanas
Hodie in flore & sublimi gloria esse,
Cras in umbram & puluerem redigi vide-
mus.



STRENA RVM
Tetras Tertia.

In qua Epigrammata earundem Lin-
guarum in Symbolum Monauj.

Primum.

הוא יעשה

Ipse Faciet.

יהיה עוזך נפשי

האל לנו מחסה:

בצרות מה תשתחוהו

בו חוק הוא יעשה:

Quæ ad V. l. ita habent.

Iehoua auxilium tuum, Anima mea,
DEVS ille nobis receptus:

In tri-

In tribulationibus (igitur) quid deus te?
In illo confirmare: Ipse Faciet.

Secundum.

ΑΥΤΟΣ ΠΟΙΗΣΕΙ.

Ipse Faciet.

ΔΙΣΚΕΛΑΔΕ ΜΗ ΕΩΣ ΝΗΥΕ ΜΗ ΔΙΑ ΝΩΤΑ ΣΑΛΑΩΚΗΣ
 ΑΝΔΡΟΜΕΑ ΒΙΟΤΩ ΛΥΓΧΑ ΚΕΛΕΥΘΑ ΠΟΡΕΙ,
 ΑΘΕΟΡ ΕΜΠΙΠΤΗΣΙΡ ΑΚΟΝΤΙΖΟΝΤΕΣ ΘΩΤΑΙ.
 ΕΞΕΧΗ ΑΓΧΟΜΛΩΙΣ ΚΥΜΑΣΙΡ ΩΣΕ ΜΟΛΙΣ.
 ΑΛΛΑ ΕΡΙΣΜΑΡΑΓΗΣ Ε ΜΙΓΝΥΑΔ' ΑΥΘΕΡΙ ΠΟΝΤΟΥ.
 ΟΥ ΝΟΤΟΡ, ΟΥΧ ΪΔΑΤΩΡ ΧΕΥΜΑ ΒΑΡΥ ΪΟΜΕΩ.
 ΟΪΔΑ ΚΥΒΕΡΝΗΤΗΡ, ΑΝΕΜΩΡ Ε ΠΟΝΤΩ ΑΝΑΚΤΑ.
 ΑΥΤΟΣ ΠΟΙΗΣΕΙ ΛΕΙΜΝΑ ΣΑΘΩΡ ΪΔΕΡ.

Quæ ad V. l. ita habent.

D*um per strepentis maris dorsum Navis mea*
Humana vita perniciosos fluctus secat:
Cateruatim incidunt iaculatores Venti:
Ita ut nauicula vix è fluctibus emineat:
Sed vel cælo misceatur mare nimis fremebundū:
Neg. Austrum, neg. Aquarum graves fluctus
formido:
Novi (enim) gubernatorem, Ventorum & maris
Imperatorem:
I P S E Faciet, ut saluus Portum videam.

Ter-

Tertium.

I P S E F A C I E T.

M*ulta quidem multi Facimus; paucissima rectè*
Sed Facimus: temerè plurima: plura malè,
Omnia sed tandem quando Fecisse videmur,
Adparet Factum sic tamen esse nihil.
Ergò quid Faciam? cum mi Facienda relinquam,
Et Faciam, fuerant quæ Facienda minus?
Omnia conabor Facere, heic Facienda: Nihil sed
Ipse tamen Faciam: Cuncta DEVS FACIET.

Quartum.

Q*uand ne sait point nostre pensee*
Conseil, en quoy soit assuree:
Adonc le cœur monte vers Dieu,
Cerchant secours en tressainct lieu:
Ainsi sur luy bien fort appuyé dira,
I'espère en tout puissant, il ACCOMPLIRA.

Quæ ad V. ita latine habent.

Q*uando ignorat omninò mens nostra*
Consilium, in quo acquiescat:
Tunc Cor ad D E V M eleuatur,
Receptum quærens in loco eius sanctissimo:
In illo fortiter innixum, ita dicer:
Omnipotens spes mea: I P S E FACIET.

M. ELIAS

M. ELIAS THEODORVS
Gorlic. Theol.

Qui iubet, ut facias quæ sunt facienda necesse,
IPSE etiam, ut possis perficere hæc, FACIET.
Nil huic difficile est, nil eius viribus altum:
Qui dixit, FACIET: qui bonus est, FACIET.
Ergo fide Deo, curas committe iubenti,
IPSE, potest etenim, ne dubita, FACIET.
Felices nimium felices, iussa laboris
Mandati faciunt qui faciente Deo.

PAVLVS BERNAVVS.

Vita summa mea est verbum expressa duobus
Viuerè nam vitam me facit ipse Deus.
Vtq; aliquid facerem, fecit qui fecit: Ut ergo
Hoc recte faciam, quod facio, Ipse facit.
Et faciet porro, quod me fecisse necesse est
Ut faciam: placeant sic mea facta Deo.
Si non, quod facio, efficio: facere impedit Ipse:
Nec facere hoc ausim, quod fieri Ipse vetat.
Cum turbata malum mea mens facit anxia vota:
Ipse sua volucres vi facit ire preces.
Si facio damnum, faciet me vincere, qui mox
Mercedem faciet me reperire polo.
Sæuus vñ insidias hostes mihi fecerit, ipse
Sub clypeo faciet me latitare suo.
Tu fac Christe Deus, quando tua dextera soluet
Quod fecit, media sim quoq; morte tuæ.

Vita

Vita volat membris: cubito sine lumine: vitam
Sed tamen in tumultu tu facis esse meo.
Res mira est: Seruum facis hoc me scire fidelem:
Hoc teneam moriens, hoc sapienter amem.
Hoc faciet letum rebus me tristibus: hoc me
Fortuna faciet prosperiore piæ.
Mæus opus facies, de puluere nostra refingens
Membra, notata sacro sanguinis imbre tui.
Tunc facies ut ouans faciam in regione piorum,
Ad quod Christe tua morte redemptus eram.
Tanta mihi, solus bene qui facit omnia, fecit:
Et facit: & faciet tempore quoq; suo.
Ille sui faciat felicia fata Monachum
Ut viuatur, faciens quæ facienda, pie.

Anno 1586.

EIVSDEM TRIPLEX
αὐτὸ ποιήσῃ.

Hos etiam sensus, repetita sorte, Monachum,
Accipe, Paulina simplicitate, breues.

Primum: Simeonis.

Tu mihi principium vite Deus, exitus idem,
Et medium es: nam tu me FACIS IPSE tuum.
Sæpe, quid exoptem, tibi, mi Pater optime, dixi:
Tu desiderio sat FACIS ipse, meo.
Nam responsa tali: Prius hæc quam liqueris auræ,
Ora tibi dabitur cernere posse Dei.
Gaudebam, speratus ades servator: ut illum
Acce facta videam: tu FACIS IPSE pater.

Q

Ite

Ire in hoc, iui: tremulus puer hæsit in vlnis
 Numine calfaciens pectora nostra suo.
 Nec mihi vel vitis species, vel pauperis umbra
 Obsistit huius cultus: vix ea dia fuit.
 Vt vidi, vt felix illo sum tempore visus,
 Quo mihi proposuit lux manifesta Deum?
 Fecisti maiora pater, quam pectoris vlla
 Haurire humani vis generosa queat.
 Quod porro FACIES Simeoni maxime ductor:
 Vt cumules serui rem bonitate tua?
 Hoc FACIES, vt me fessa nunc carne solutum,
 Dimittas placida pace fideq; senem.
 Vt dixit: moriar vita certissimus hares
 Aeternæ, merito paruule Christe tuo.
 Tu cæli es precium: mea lux, autorq; salutis:
 Te viuens teneo: te moriendo premam.
 Annus quem puerum primis ardentem amasti,
 Infirmitas non me desere Christe Senem.
 Hoc commune mihi est cum tota stirpe piorum:
 Omnia quàm pulcre GLORIA NOSTRA faci?

Alterum: Monauij.

Qua cecinit Simeon, mea sunt, hæc aurea veri est
 Formula: subscribo corde manuq; seni.
 Me quoq; IOVA suam FECIT spectare salutem:
 Auxilio humanis qua venit vna malis.
 Perge Deum facere vt facis: & bonitate paterna
 Aetheria indulgens da mihi sortis opes.
 Da mentem, cantumq; pñ Simeonis, & vlnas,
 Da sine nube oculos, & sine labe fidem.

Hinc

Hinc mihi surget honos: hinc sacri gloria census:
 His erit ad mortem mens mea læta bonis.
 Sic ego quod facio faciam fideliter: & rem
 Numinis efficiam vi faciente bonum.

Tertium: Bernauij.

Symbolicis pulcre mea cum sententia vestris
 Congruat: appositis huc venit illa notis:
 Pace tua tamen: at factum si displicet, illam
 Reijce: iudicio stetue cadatue tuo.
 Sepe mihi prodest illam recitasse, grauesq;
 Curis experior mitius ire dies.
 Illius est autor, Simeon quem gestat in vlnis:
 Quisq; tuas Lunas luce nitere facit.
 Hanc mihi præstantis commendat docta magistri
 Vox Buchholzeri qua tibi nota satius.
 IPSE inquit, FACIET. Sed ego Tua Gratia Christe,
 PERFICIET, tenuis quod mea cura nequit.
 SUFFICIT IPSE tibi: Miserans mihi gratia Christi,
 Sufficit. Est dono diues vterq; Dei.

Hos ergo sensus, Christo dictante, Monauæ,
 Sume Iacobæa mente manuq; precor.
 Hæc Paulina fides: præconia nominis hæc sunt
 Iusta mei, atq; animi pignora vera mei.
 Vnius in Domini iuncti maneamus amore:
 Optima qui FECIT, qui FACIT & FACIET.

M. D. LXXXXIIII.

Q 2

INSCRIPTIO
M V S A E O L I
N O S T R I.



de qua sic scribit V. Cl.
Iustus Lipsius

ad

Abrahamum Ortelium
ipsum quoq; V. Cl.

Legi epistolam nostri Monauij, & quod in ea petit. Eccē paucis verbis candidē: placet tota inscriptio: & examinanti ac volenti etiā corrigere, nihil tale occurrit. Pressa omnia verbis: disposita sententijs. Si quid addam, aut demam: aut deterius faciam, aut coloris alieni.

M. D. LXXXXIII. post Non. Sextil.

DOMINO DEO
NOSTRO IESV CHRISTO,
VNICO REGNI SANCTO-
RVM HAEREDI: PERENNI VITAE
PONTI: TRIUMPHANTI MORTIS
VICTORI, AETERNO BEATARVM
ANIMARVM HOSPITI SACR.

Summa in his terris tum
sapientia tum felicitas est, posse
quiescere, ac sua potius agere & propria
quàm aliena. Deinde, utraq; fortuna,
& siue sit agendum siue patiendum, in
Deum potius, quàm in homines respicere,
& ab eo solo pendere.

Mortem deniq; suam perpetuò sic
meditari, ut peccatum potius fugiatur,
quàm illa nimis metuatur. Mundum
præterea, quæq; sunt illius, despiciere simul
& odisse. De vita perpetua magis, quàm
de hac fragili & caduca sollicitum esse:
Animaq; curam gerere maiorem, quàm
corpo-

corporis: & ita sese comparare, ut ani-
ma prius læta libensq; hinc in cælus euolare
cupiat, quàm è tabernaculo suo euocetur.

M. R. V.

PSAL. XC.

Domine doce nos scire numerum dierum
nostrorum, ut ambulemus corde sa-
piente.

Ὁ κύριε διδάσκαλε ἡμῶν: ἵνα ἐπιστήσωμεν τὸν ἀριθμὸν τῶν ἡμερῶν.

IPSE FACIET.

PARAPHRASIS EPI-
graphes.

Vitæ summa brevis beatioris
Ex fortis sapientiæq; lege
Musæi est titulus Monauiani:
Musæi hic titulus Monauiani:
Secum viuere, longè abesse turbâ,
Gaudere innocuâ quiete; rerum
Abstinerè alieniore curâ,
Suis otium suum occupare:

Q 4

Fortu-

Fortunam benè ferre vtramq; ubiq;
 Si quidquam est agere aut pati necesse,
 Non spectare homines, Deum intueri,
 Hinc causam trahere, hinc opemq; causâ;
 Mortem perpete sic diu atq; noctu
 Secum voluere cogitatione,
 Peccatum magis vt magisq; semper,
 Ipsa sed minus vt minusq; semper
 Viretur, metuatur, horreatur:
 Mundum & qualia quantaq; mundi
 Magno pectore non habere magna:
 Vitâ istâ fragili ac laboriosâ
 Vitam perpetuam ac voluptuosam
 Affectare magis: bonis caducis
 Æternum vnum auido anteferre voto:
 Curâ corporis & brevis salutis
 Longè postpositâ, imminere soli
 Immortali animæ beatitati:
 Sic se deniq; comparare totum,
 Vt mens læta prius libensq; terreo
 Quàm vel libera vinculo euocetur,
 In cœlum cupiat suum euolare.
 Musæi hic titulus Monauiani est,
 Musæi titulus Monauiani
 Ex sortis sapientiæq; lege
 Vitæ summa brevis beatoris.

Val. Acidalius D.

ALIA PARAPHRASIS.

Nulla est in terris aquæ sapientia felix:
 Intra pelliculam quàm posse quiescere, caute

Res

Res tractare suas, neq; participare quod extra est,
 Fortuna tolerare vices vtriusq; modeste.
 Arbitrio pendere Dei solius. ad omnes
 Temporis articulos obeundam expendere mortem:
 Nec tamen exhorreare nimis: sed vt insita cordi
 Somnia nequitia primâ suffocet in herbâ.
 Mundum præterea, stolidiq; coagula mundi
 Spernere. perpetuam potius spectare salutem,
 Quàm cito lapsura momentum ignobile vita.
 Plus lucem sectari anima quàm corporis vmbra.
 Atq; ita se gerere, vt prius hoc exire peroptet
 Corporis hospitio Mens ad sibi debita cœli
 Mania, decreti quàm iusserit ordo diet.

M. R. V.

Da Deus humana mensuram noscere vita
 Maturè æternas vt sapiamus opes.

*

Suspice mens cœlos, atq; obliuiscere terras:
 Vltiora manent: inferiora cadunt.

Fridericus Taubmannus
 Francus P. L.

A L I A.

Vitam qui facilem placido deducere cursu
 Pius & quietus expetit:
 Non petit alta nimis: nec humi quoq; serpit: in agros
 Falcem nec infert proximi
 Ambitione tumens. sua solum, care Monau
 Tecum profundius cogitat:

Q 5

Et

Et sua gnavus agens, alijs quoq; seruit, honorem
 Fouet ac Dei ter maximi.
 Non dubijs cedit: rebus non languet iniquis:
 Non insolescit prosperis,
 Sed quaecumq; geri tolerari serue monebit:
 Alium probabit Spiritum.
 Vsq; Deo nixus: Miseros quicumq; caduco
 Spes homine figunt improbas.
 Fluxa facit nihili: mundus qua suspicit odit:
 Nec opes auarus congerit.
 Non epulis marcet, luxuue calescit inerti:
 Nec Venere torpet & otio.
 Sola sapit cupidus caelestia: letus & aura
 Superi fouetur Spiritus:
 Exhilarans animum diuina & neclare vocis
 Pia sentit intus gaudia.
 Promptus & assiduo meditatur pectore mortem:
 Lesbi nec horret spicula,
 Huius amans vita. Corpus sed labe repurgans,
 Et mente vitia exterminans:
 Hac vi carne licet: prius ardet adire cupitum
 Quante caelum spiritu:
 Corporis è fragili quam sursum clausa molesto
 Anima euocetur carcere.
 O pia, que talem strepitu sine pectora vitam,
 Iacobe, tecum transfigunt.
 Hac hominū demum vera est sapientia: Vita
 Hac perpetuū felicitas.

Georgius Calaminus f.

In

In Epigraphen Musæoli Monauiani.

Humana que sit sapientia maxima mentis,
 Conditio & toto qua nulla beator orbe,
 Heu quam difficile est dictu, at multo mage factu?
 Fas sit adumbrare, in terris umbratile quando
 Omne adeo genus est. Sapientia maxima, vita.
 Optima conditio est animi melioribus: aurea
 Pace, quiete frui: rerum solerte suarum
 Curâ exorseri potius, quam voluere caco
 Noctes atq; dies aliena negocia corde:
 OMNI in fortuna (veluti nunc ora serenat,
 Torua supercilio nunc despicit omnia celfo)
 Seu dubio euentu patiendum, seu sit agendum,
 Sublimes animos gerere, infractog; supremam
 Pectore spem potius desigere fortiter vna
 In Bonitate Dei, quam viribus vndiq; futu,
 Et pregnante hominum conatu & robore vano:
 MORTIS perpetuū sic prameditarier horam,
 Ut scelerum citius tela abrumpatur amore
 Virtutis, quam mors quatiat formidine mentem:
 MUNDVM, & qua mundus minime munda arrogat,
 Insectari odio, spreto & contemnere fumo: (acti
 VESTIGARE animo propiori deniq; vitam
 Expertem mortu, arumnosiq; laboris,
 Quam fragile hoc praesens, & plenum cladibus aeuum:
 PRAECIPVE maio: em ANIMAE sub pectore curam
 Versare erecto ad caelos, quam CORPORIS agri:
 ATQVE adeo in vita sic se componere totum,
 At multū ante anima vis lata libensq; sagaci
 Ardeat astra suo transmittere summa volatu.

Hospi

*Hospitio è sterili quam sati lege vocetur.
Esqua conditio melior? sapientia maior?*

Salomon Frencelius, Helmstadij
die conuersi Sauli. 1595.



STRENÆ TRES

missæ ad IAC. MONAVV

à

NICOLAO RHEDIGERO.

I.

Anno M. D. LXXX.

Qua pietas? quis mortales nouum ardor in artus?
Virgo vterum, humano se gerit ore Deum.
Non hic æterna sortis: non illa pudoris
Iacturam, salua conditione, facit.
Natura inter se conspirant: fœdereq, vno
Mens æterna animos integrat vna duos.
Certat Herus serui officijs: præsepia regnũ:
Cum natura opifex: cum nihilo omne coit.
Iamq, annos numerat pueri puer: & tamen aui
Inscius æternum cum patre numen habet.

O for-

O fortunatos exorta hac luce Decembres.
Claudite nunc annum, Vita paranda noua est.
Nam quid, in has cœlo si se Deus extulit ora,
Nos mentem in cœlum tollere & ora piget?
Noxa vale, & veteris grauis accusator Adami,
Es prima labe immedicata luis
At tu Vita veni & socie fiducia masse,
Et vigor & nullo mens stupefacta metu.
Nulla magis nobis subacervo iudice lis est,
Ipse rei partes cum Deus actor obit.

II.

Anno M. D. LXXXI.

MARIA FILIVM QVÆRIT.

It genitrix circum, & cari vestigia nati
Lustrat, & imbre genas, quæstibus antra replet.
Et pudor huc animum, spes huc, pauor incitat illuc:
Et minor est ipso pene dolore fides.
Interea mæste puer ignorata parente
Iussa Dei, in sacra cetibus adu, obit.
Quæsit illa. At iam te vltro quærentibus offers:
Te tamen inuentum quærete Christe piget?
Tu rursum amissos ad ouilia colligis agnos:
Et quæstum ex nostra simplicitate facis.
Tu qui te vt perdant querunt, acquiris Olympo:
Et qui te fugiunt ad sua lucra rapis.
Verna Erebi ante, at nunc preciosa peculia Christi
In Christo certas semper habemus opes.

I capta

*I capta mundi fugientia commoda: Christum
Nō queras: pereunt caetera tuq; tibi.*

III.

Anno M. D. LXXXIV.

*Hunc etiam reliquis annum Monatibus annis
Addidit. his annos quos lubet adde Deus.
Sdno n tantum annos annis labentibus adde,
Adde etiam, sine qua nil sumus, adde fidem
Christi: auge & verbi Christum monstrantis amorem
Et reliquas Christum qua comitantur opes.
Te pater & coniunx, & viua parentis Imago
Paruulus in cunis te Fridericus amet.
Sit templum domus ista tuum, sint coram sacellum,
Actum est, si ex istis adibus hospes abis.
Crescat amor mortu cum vita: & seruiat vni
Prima iuuenta tibi, sera senectia tibi.
At vos hora, anni, momenta & secla valete,
Momenta, hora, anni secula nostra Deu.*



AGON TRIUMVI-
RALIS.

in

illud IGNATII

ὁ ἔργος ἐμὸς ἐσάγγελται.

IOANN. CRATO.

Fixu

Fixu in hoc ligno meus est Amor vnus IESVS,
Morte sua vitam qui mihi restituit.
Ab vtinam dignas possem persolvere grates:
Verum opus hoc nostra non satis esse scio.
Spes mea Christe Deu, Me respice: vt huius amoris,
Quo foueor viuus, sim memor immoriens
Sic moriens viua: sic vitam morte lucrabor,
Nam tuus in vitam me reuocabit Amor.

PETRVS MONAVV.

Figitur, heu, tristi ligno meus ignis IESVS:
Et mea vita truci morte perempta cadit.
Quam fuit hic verus, nec ficti pectoris ardor,
Cum pro me lethi sponte subiuit onus.
O vtinam dignas possem persolvere grates.
Et possem hic solo semper amore frui.
O amor, o noster, spes o dulcissima IESV
Nos vt amas, sit te fac vt amate queam.
Ah pereat, cui non amor hic magis omnibus vnus
Sic placet, vt nullum querat amorem alium.
Te mihi Christe peto, nostri tu semper amorem
Conserua: & viuus te moriens & amem.

NICOL. RHEDIGER.

Qua putris intortu fundit se in brachia nodi
Arbor in infames noxa parata reos
Hic regna: hic arces, hic nostri portus amoris,
Hic vita fulcrum delictumq; mea.
Que pietas? hostes in parti iura triumphi
In partes regni Christe vocare tuic

o flamm

O flamma, ô amor, ô æterni fomes Amoris?
 Vitam è vulneribus vulneris autor habet.
 Fronde carens arbor pleno se germine prodir,
 Et radice carens vertice summa ferit.
 Quamq; notat præceptis infami nomine vulgus,
 Hinc vita & fama manat origo mea.
 Nulla alia hos fructus, nulla hos tulit Arbor amores:
 Nec Libani tales procreat hortus opes.
 Et mortem dubitet quis pro crucis arce pacisci,
 In mediâ nostra si cruce regnat Amor?

Christe tuo partos ne despicere sanguine vernas,
 Qui vite hac ponunt in trabe fulcra sua.
 Excute vitalem gelidû præcordibus ignem,
 Quæis posita in flamma est spesq; salusq; tua.
 Nam quid? ad hunc si Christe tuum torpebimus ignem,
 Quis miserû poterit iam satis esse calor?
 Crux tua noster Amor. Quid non speremus Amantes,
 Fortius in media si cruce feruet Amor.

M. D. LXXX.



DAVIDIS CARMEN EVCHARISTICON.

Chron. 1. 17. &
 Samuel. 2. 7.

autore

IACOBO LECTIO I. G. V. Cl.

Postquam

Postquam res Solyma tranquilla pace repostas
 Ille decus sensit lessæ sanguinis Heros,
 Vix suas miratus opes, vixq; impia tandem
 Cælituum bello domita agmina circumspexit:
 Spoudentemq; adeo votu maiora Nathanem
 Audijt: ecce nouo perculsus numine pectus,
 Sic tacito silet ore diu: tum regia tecta
 Latus inuit: solioq; sedens insignis eburno
 Cælo oculos, cæloq; manus, ac talia cælo
 Verba refert: verba æternis dignissima chartis.

Ecquis Ego, aut ecquo prognatus semine Dauid?
 Quid loquar? aut ubi sum? vah? mentem gaudia tur-
 Quanta mihi? Mulcet cupidas quis nuncius aures? (bans
 Scilicet eductum patrijs, Deus optime, caulis
 (Naud ignota loquor) sceptrâ ad veneranda vocasti.
 Tu regere imperio populos, tu sancta dedisti
 Principibus dare iura viris, atq; vrribus vrbes
 Addere, & infenso direpta ex hoste trophæa.
 Quin mox ista tibi leuû indulgentia visa est:
 Hac generi mansura meo quoq; munera vates
 Promittit, pater alme, tuû, iamq; affore nobis
 Progeniem, æternis mundum qua flectat habenis.
 Vt tua non vllor, Genitor mitissime, fines
 Scit pietas? miserû mortalibus huncine morem
 Esse putem? coeunt tali quæ sedere gentes?
 Quid melius maiusue sibi, Rex maxime, votis
 Appetere, aut possit verbis exposcere Dauid?
 Nempe tuum nosti penitus, Deus alme, clientem,
 At pacti fideiq; memor, te propter & vnum
 Noscendum populu, admirandumq; dedisti

R

Hæc

Hac igitur celsâ te maiestate verendum
 Ultra anni cœliq; vias clementia vexit.
 Quem tibi fas hominum, quemue assimilare Deorum,
 Aut cui fas aliq; diuinum exsoluere honorem?
 Scilicet impura mirentur numina gentes
 Ficta sibi, & magnis iactet se laudibus olim
 Vana superstitio, verig; ignota parentis:
 (Quamuis ipsa sibi fatuarum prodiga laudum
 Demit fama fidem) quis tandem hominumue Deûmue
 Audeat eximys tecum contendere factu?
 Quid varios autem populos, quid dispersa lustrum
 Littora, quid veteris monumenta remetiatur aus?
 Euge axes alius medios, septemue Triones,
 Occasum, aut sedes alius speculetur Eôas,
 Atq; alius mundi repetens ab origine primâ
 Priscarum annales legat & miracula rerum:
 Omnibus vna tamen soboles, generosa Iacobi
 Anteibit populus, summumq; merebit honorem:
 Quam propter sumptus toties Deus impiger armis
 Ipse importunum non dedignatus in hostem
 Ire Deus, gentes & debellare superbas.
 Quid Pelusiacas referam conspecta per vrbes
 Prodigia, & vario punitam vulnere Memphim?
 Vig; velut posito pendentes obice fluctus
 Abramidis fecere viam: mox obice rupto
 Idem hosti fecere necem: iacet equore in alto
 Amens turba, natant rapta in diuersa quadriga,
 (Horrendum) cœco fremit omnis regia luctu.
 Nec non ambrosiam & cœlestis fercula mensa
 Obliti: & densas vacuum per inane volucres

Elicitosq;

Elicitosq; aspris saxi è penetralibus amnes:
 Sed cui nocturna lux illaudata columna?
 Inq; vices castris sudantibus incuba nubes?
 Et Deus assidue desert a per arida ductor.
 Tu Gabalam, tu terrigenas inuiste bimembres
 Zebum, Zebeamq; manu, tu Cethea madras
 Agmina, & intrepido strepitantem milite Idumen
 Et Tyron & saui fecundam Amelech tyrannus?
 Ergo iubes placida late ditione potiri
 Nos tandem: mihi tu magnum cratera coronas,
 Alme parens: tu das lautum accumbere mensis,
 Crinibus & nostris liquidos infundis odores.
 Nunc aded infandis supplex tua numina votis
 Vnum oro: Tibi cura mei, tibi cura meorum
 Sit, pater: & charos foueat per secla nepotes,
 Quò mihi vota tamen, vel quid promissa precamur?
 Tempus erit (neq; enim diuina oracula fallunt,
 Sanctorumq; nefas dictu diffidere vatum)
 Tempus erit, tunc cum, & lux forsitan imminet illa,
 Exorire meo melior de sanguine sanguis,
 Qui mare, qui terras, totum qui legibus orbem
 Vsq; regas, ipso & populos digneris olympo.
 O mihi sola potens semper Panacœa mederi?
 O quantum Deus immerito mihi spondet honorem?
 Tollite cuncta, Viri, captos auferte labores
 Abramidum domus omnis, & huc concedite ad aram.
 Scilicet ut tali festas pro munere grates
 Exoluam: tum multa meâ cadat hostia dextrâ.

Author mittebat, & ut carmine hoc
 libellus noster fineretur poscebat
 Anno 1594.

R 2

LIB V.

LIBVIT AD CAL-
CEM DVASCANTILE-

nas ab optimis Poëtis & Musicis
factas, de sententia germani-
ca, frequenter & libenter
vsurpata.

ACH GOTT SCHICK AL-
LES ZUM BESTEN.

1.

ACH leyder/ was unglück
Was grausam gefar
Ist vns allzeit entgegen:
Stets wird man gewar
Verschreckter List vnd Tück
Di sich mit Trüg erregen.
Allerley mangel vnd bresten
Man sieht vnd spürt/
Manch Zwangsal vns berürt/
Ach Gott schick' alles zum besten.

2.

GOTT/der du weyß vnd klug
Schawst mit Augen klar
All ding wie schlimm' es geet/
Wie kanst' immerdar

Gedulz

Gedulden solch' vnflug
Di so vilfalt entsteet:
Dern di mit Trang vns belesen
Seint zwar on zal/
Der groestail tut beifal.
Ach Gott schick' alles zum besten.

3.

SCHICK' vns Trost/ Mut vnd Herz/
Vff das angetast
Vom Feind wir nicht erligen:
Sondern aim Palm-ast
Gleich/ der getrückt abwert/
Vns auffwärts gegenbigen.
Da dein Volk' Israel presten
Vil tausent Mann/
Es dannoch Sieg gewan.
Ach Gott schick' alles zum besten.

4.

ALLES ist vnterton
Herr deiner Volmacht
Du stürzen kanst Tyrannen
Samt yrm stolz vnd pracht.
Ob si schon wern hoecher schon
Als stark' Alpische Tannen/

K ij

Kansu

Kanstu sie wol bald abquesten.
 Das dein gewalt
 Di Oberhandt behalt.
 Ach Gott schick' alles zum besten.

5.


Zu m ergsten kert di Welt
 Was du gut mainest/
 Tut es zu boden stauchen.
 Drum auch must ainest
 Wis' dein vrtail gefelt
 Di scherffte Rute brauchen.
 Unfrid/ Teurung vnd Sterbpesten/
 Lest gen im schwang/
 Frommen ist angst vnd bang.
 Ach Gott schick' alles zum besten.

6.


BESTEN Rat mit gedult
 Sinden wir bei dir
 Zu seiner Zeit bequemlich/
 Nach vnser Hertzgir
 Woellest aus gnat vnd hult
 Tun was vns ist annemlich.
 Auch vns rings vmher befesten
 Mit Engelschurz

Seins


Seinden zu wern yn trutz/
 Ach Gott schick' alles zum besten.




1. 2. 3.



4. 5. 6.



7. 8. 9.



10.

Autore Paulo Melisso

1 5 7 8. 24. Aug.
 Patauij.

R 4

Canti-

Cantilena altera.

Im Thon:

Ich hab mein Sach zu Gott gestellt / 2c. Oder
Kömpt her zu mir / spricht Gott
seß Sohn / 2c.

ACH Herr ich seufftze allein zu dir/
Denn du allein kanst helfen mir
Aus all meinem Elende:
Vnd hast mir auch geholffen zwar
Sehr oft aus Leibs vnd Seeln gfahr/
Wilst helfen auch zu ende.

GOTT du warst / da ich vngelorn/
Mein Vater / der mich außertorn
Hat zu einem bessern Leben/
Im eingang dieses Elends mein
List du mich dir befohlen sein/
Erhieltest mich gar eben.

SCHICK auch jezundt was nutz ist mir/
Wie du von Jugendt für vnd für
Mich gleit hast vnd regieret:
Auch so vil Sünd aus lauter Gnad
Vergeben oft / manch straff vnd schad
Von mir auch abgekeret.

ALLES

ALLES was ist auff dieser Welt/
Es sey Ehr / Macht / Gut oder Gelt/
Das muß alles hie bleiben:
Allein die Göttlich Warheit dein
Mit deinem lieben Heufflein klein
Kan niemandt gar vertreiben.

ZUM selben Heufflin ich auch zwar
Gern treten wil / ob schon gefahr
Vnd Jammers viel darneben.
Gib du mir deines Geistes krafft
Die mich in Trübsall mach standhafte
Dir 3^e sterben vnd zu leben.



BESTEN dig sein ans end gib mir/
Welchs gar allein kömpt her von dir/
Dein Kirch vnd Warheit schütze.
Brich / steyr vñ wehr des Teuffels list/
Vnd mach zu nicht all Antichrist.
Der Todt komme mir zu nütze.

Nathan Chytræus
in gratiam amicissimi
fui fac. 1588.

Ein

Ein Gebet zu Gott dem H^{er}ren / vmb Vergebung der Sünden/
vnd schenckung des Heyligen Geistes / durch
welches Regierung dß gegenwertige Leben / im
rechten Glauben / vnd desselben warhafftigen
Früchten eines Gottseligen Wandels vollführet/
vnd endelich mit einem seligen Sündlein mö-
ge beschlossen werden. Verichter auff den
wunder schönen Spruch des
37. Psalms:

Deuolue super Iehouam viam tuam,
& confide in eo, & IPSE FACIET.



In aller meiner Angst vnd Noth/
Ich meine Seel erhebe/
Allein zu dir mein H^{er}re vnd Gott/
Dir ich mich ganz ergebe/
Nach deiner Trew/
Steh du mir bey/
Dir bfehl ich all mein sachen/
Auff dich hertzlich/
Verlaß ich mich/
Du wirst es alls wol machen.

Ach in Sünden bin ich geboren/
Das muß ich ja bekennen/
Hab verdient das dein Grim vnd Zorn
Solt wider mich entbrennen/
Vnd sonderlich/
Darumb/ weil ich
Selbs hab viel Sünd begangen/

Widers

Widers Gsetz dein/
Im Leben mein/
Da lig ich hart gefangen.

Christi Wunden doch trösten mich/
In mein betrübten Herzen/
Denn diß gleub ich ganz festiglich/
Das er all seine schmerzen/
Erritten hat/
Mein Missethat/
Ganz vnd gar weg zunemen/
All meiner Schuld/
Durch seine Huld/
Nicht mehr ich mich darff schemen.

O Wie groß ist dein Lieb O Gott/
Wer wil sie doch außgründen:
Der Knecht hat den ewigen Todt
Verdient/ mit seinen Sünden/
Dagegn dein Sohn/
Mit Spott vnd Hohn
Den Todt hat müssen leyden/
Daher weiß ich/
Das niemandt mich
Von deiner Lieb kan scheyden.

Beweiß auch Herr die Liebe dein/
An mir/ vnd lab mein Seele/

Durch

Durch vergebung der Sünden mein/
Das sie mein Herz nicht quele/
Dieselbig mich
Zwar jemmerlich/
In Todes angst versencket/
Aber dein Gnad/
Die kein end hat/
Die ewig Freud mir schencket.

V Erzehren würde mich dein Zorn/
Wo du mich nach mein Sünden/
Woltst straffen/ müst ich sein verlohnt/
Kein Trost wüß ich zu finden/
Aber dein Geist/
An mir beweist/
Sein Ampt / das im gebüret/
In dem er mich/
Genediglich
Tröst/ vnd mein sach außführet.

S Chaff nu das dieser Tröster werd
Allzeit bey mir verbleibe/
Vnd von mir/ weil ich leb auff Erđ/
Den bösen Feind weg treibe/
Auch für vnd für/
Mein Herz regier/

Das

Das ich mög deinen Willen/
Als ein Kindt dein/
Im Glauben rein/
Gehorsamlich erfüllen.

Mir ist auch diß gar wol bekandt/
Das hie auff dieser Erden/
Nicht ist mein rechtes Vaterlandt/
Ein anders muß mir werden/
Im Himels Thron/
Welchs mir dein Sohn
Gar thewer hat erworben/
Da er für mich/
Elendiglich/
Ist an dem Creutz gestorben.

Ogleich mein Leib kömpt in die Erd/
Dauon er ist genomen/
Vnd wird von den Würmen verzert/
Sol er doch nicht vmbkömmen,
Weil mein Herr Christ/
Gewaltig ist
Von Todten aufferstande/
So wird er mich/
Auch kreffftiglich/
Befreyen vons Todes Banden.

Nach

Nach dein Willn ich geboren bin/
Mein Zeit steht in dein Henden/
Wenn dirs gfeelt werd ich fahrn hin/
Vnd diß mein Leben enden/
Allein O Gott/
In letzter noth/
Thu mir dein Hülff beweysen/
Damit ich dich/
Mög inniglich/
Im ewign Leben preysen.

Ahie bleibt alles Gelt vnd Gut/
Vnd muß endlich vergehen/
Wemms die Noth hoch erfodern thut/
Kan es gar nicht bestehen/
Die ewig frewd/
Vnd Seligkeit/
Kan nimmermehr auffhören/
Dieselb aus güt/
Mir theyle mit/
Nicht mehr wil ich begeren.

Weil dem so ist/so mag die Welt/
In irem tollen Sinnen/
Dem nachtrachten das jr gefeelt/
Nicht viel wird sie gewinnen/

Ich

Ich aber wil/
 Dahin mein Ziel
 Richten/das ich mein sachen/
 Ja Leib vnd Seel/
 Dir HErr befehl/
 Du wirst es alls wol machen.

Sebastianus Ambrosius / Diener
 des Göttlichen Wortes in der
 Stadt Keyßmarck im Zips.

Finis Appendicis.

1. Corinth. 10. vers. 31.

SIVE MANDVCATIS SIVE
 BIBITIS, VEL ALIVD QVID
 FACITIS, OMNIA IN GLO-
 RIAM DEI FACITE,

AD

AD LECTOREM DENV O.




Orte mihi poteras monitus satis ante
 videri,

Lector: at hoc etiam nunc superad-
 do tamen;

Tecq̃ rogo saltem, ne qua offendaris, Amici
 Si laudum nimis hîc fors tribuere mihi.
 Durus, inhumanusq̃ forê, me molliter ipsum
 Afficeret si non horum ita blandus amor.
 Idem sed fatuus, laudes quoq̃ protinus ipfas
 Iure meo omnino si rear esse meas.
 Ergo libens vt in his affectû agnosco benignû,
 Suauiter & spirat tam mihi suavis amor:
 Sic minime accipio de me præconia tanta,
 Iudiciij & nullâ pondera parte probo.
 Scilicet, exsistant mea quàm mediocria cuncta
 Conscijs: & quàm illis notior ipse mihi.
 Tu facilis, quæcunq̃ leges: mage sic vt ab illis
 Quàm quasi de me ad me scripta lege, atq̃
 VALE.

F. M.



S

RAY-

ΓΛΥΚΥΠΙΚΡΟΝ

Sive

DULC-AMARVM

Jacobi Monawij.

 GEN. 47. vers. 9.

PAUCI ET MALI
SVNT DIES PERE-
GRINATIONIS MEAE.

NOBILISS. ET
PRAESTANTISS.
VIRIS

Ioanni à Nosticz in Noes,
& Strencz, &c.

Georgio à Dhyrn: in Dkeisl.
& Herczogvalda, &c.

Nicolao à Burghaus in Stolcz, &c.

S. D.

Post amicorum de Sym-
bolo nostro scripta carmina, &
eorundem appendicem, placuit
has etiam pagellas addere, quibus titulum
feci à copulatione Dulcis & Amari, qua
ut est in tota humana vita prorsus quo-
tidiana, ita illam etiam in priuata mea
curriculo sum expertus dum vixi, & ex-
perior adhuc quotidie, & experiar sine du-
bio etiam deinceps. Hanc partem vobis
nun-

nuncupo, Viri & Amici lectissimi, cum
quibus amicitiam veterem eamq; singu-
larem colo, & quibus ferè nota est atque
perspecta totius vita mea fabula. Vide-
tis carmina partim gratulatoria, partim
threnetica? Hec facies est negotiorum
vita nostra: Et Ego quidem sic vixi
pene ab ipsa mea pueritia, usq; ad hunc
diem, ut ferè semper plura habuerim de
quibus dolerem: pauciora Domini ma-
nus dederit de quibus gauderem. Sicut
Domino placuit, ita factum est: sit nomen
illius benedictum. Sepeliui, cum puer
adhuc essem, patrem meum: Amisi cum
essem absens studiorum causa, matrem
meam: parentes carissimos, & quorum,
per Dei gratiam, integra fama & bone
existimationis (non dicam nunc aliud)
non habeo cur me pudeat aut pœniteat.
Abstulit atra dies & funere merfit acer-
bo paucos ante annos fratrem meum Uni-
cum,

cum, quem non tã propter sanguinis vinculum, quã propter excellentes virtutes & dotes, quæ à me pradicari non debent, cum plurimis non ignota fuerint, amavi. Amisi quinque sorores: & quidem earum postremam mihi longè carissimam, CATHARINAM HENRICI MULPHORTI Coniugem, quæ vitam piè, castè, honestè transactam, placido, beato & sancto fine clausit, quamq; hoc ipso tempore, quo hac scribo, in agrum Domini delatam vidi. Sepeliui Coniugem meam primam, fœminam lectissimam & commodissimam, cum paucos tantum mentes mecum vixisset. Non est etiam diu cum socerum meum extuli, huius quam nunc habeo carissimæ coniugis parentem. Terra mandauit filiolum meum primogenitum dulciss. Christianum, spem generis & delictum Coniugij nostri: in cuius locum successit is, qui nunc viuit, & quem seruari

seruari opto à datore Deo, ut ipsi seruiat. Orbatus sum aliquot præceptoribus, domi & foris, quos & viuos dilexi atq; veneratus sum tanquam mentis meæ parentes, & quorum memoria, post obitum eorum, est preciosa meo animo. Quot verò & amisi hæctenus, & amittere non desino, & domi & in exteris locis præstantes amicos, non minus caros, quàm si fuissent mihi sanguine & naturæ vinculo iuncti. Horum omnium obitum prosecutus sum calentibus & desiderabilibus lacrymis & suspirijs, non sic tamen, ut eos amissos existimem. Spero enim & non dubito me cum ipsis denuò viditum esse in tota æternitate: & quidem multò suauius, quàm fieri potuit in confusionibus & perturbationibus huius misere mortalis vitæ, ubi periculorum, peccatorum, scandalorum, & malorum, quæ vel videmus, vel audimus, vel patimur, vel etiam patramus

S 4 ipsi,

ipsi, plena sunt omnia. Ipse quoque me paro, quantum possum, ad iter illud religiosum quotidie, imo singulis & horis & horarum momentis ad illud me accingo: ne cum venerit Dominus, imparatum aut dormientem me inueniat: nec habeo votum animi mei ardentius & magis serium vultum: quam ut Deus mihi dare velit εὐθανασίαν σὺν ἀθανασίᾳ: hoc est, ut & sit ad mortem mens duce lata Deo, & postquam ille postremus agon fortiter & feliciter superatus fuerit, ante Deum aeterna tempora lucis agam. Hoc caput est: hac summa votorum meorum: & hac bona, eorumque parandorum studium antefero omnibus gaudijs, opibus & honoribus istius mundi, cui & mori dudum didici, & qui vicissim mihi dudum mori cepit. At tum demum me vere & plenè felicem fuisse in omni vita mea statuam, si hoc fuero per Dei mei οὐ εἶμι, ᾧ & λαβέντω: gratiam

tiam consecutus in mea morte, quod me consistere faciat in iudicio post finem seculi futuro. Ego etiam magis ad metam illam aspirare studeo, postquam non semel in vita mea fui vicinissimus morti: quin & illius responsum in me habui, quod tu nosti pra alijs, mi animo meo cariss. & optime de me merite compater Burghausi. Et de his quidem haecenus. Vobis: Viri Nobilissimi, quorum erga me fuit per tot annos summa fides, & beneuolentia, quam etiam vos & vestri multis modis tum mihi tum meis declarastis saepe numero: Et quos Ego vicissim vnicè amo, colo & obseruo: quos etiam amabo & obseruabo, dum in hoc aliquis corpore sanguis erit, hanc partem opusculi nostri dedico, & peto à vobis, ut quod facio, gratum acceptumque habeatur. Dominus IESVS vobis & vestris adsit gratia sua, & vos in his pessimis mundi diebus seruet incul-

S r patos

patos usq; ad diem restitutionis omnium,
sive reuelationis gloria filiorum Dei, quo-
rum vita nunc est abscondita cum Chri-
sto. Ipse est via, veritas & vita:
Ipse sit & maneat spes, consolatio & for-
titududo nostra usq; in aeternum, Amen.
Datum M. Febr. Anno 1595.

I. M.



PRI-

PRIMIS NVPTIIS IA-
COBI MONAVII CVM
SVSANNA VOGTA.

NOX erat, ac tacitus per amica silentia Luna
Errabam, atq; vago currebant sidera caelo,
Inter & Hesperios ignes latitare Cupido
Visus fortè mihi est puer & Deus ipse Amorum.
Non iam ille errabat cæcus, quo secula vultu
Prisca poetarum Veneri sinxere puellum,
Verùm acres oculi Phæbea lampadis instar
Fulgebant, quos tu Veneris mireris ocellos,
Lumina seu Martis gentalia, siue Diane.

Tunc gemitus fundens post multa minacia verba:
Dijs geniti potuere, inquit: Me Iupiter ipse
Cælicolæq; omnes metuunt, mea tela timentur
Omnibus: Et me sola petens stabula alta ferarum
Pallida Luna fugit? date tela, incendite Nympha
Retia: quem fugiat delirans Delia cernet.
Dixit, & eliso percussu aëre pennis
Per campos Lunam insequitur, fugit illa sequen-
Impatiens, donec sub vertice constitit Ida. (tem
Atq; ibi tum spinas inter pulcherrima carpit
Lilia, iamq; rosis tegitur, iam Genna triumphat
Euasisse manus pueri, latuisse sub aura
Roris Acidali, roseumq; hausisse liquorem:
Sæpe Rosis dixit: Vos o mea gaudia vestris
Parcite supplicibus, Lunæq; recondite vultus:
Centum ego vos annis amplectar, & oscula centum
Nectare plena dabo, vosq; in mea pectora condam.
Vota

*Vota suos habuere Deos, iacet illa rosato
 Suauis tellus, & Acidalia bene pascitur aura.
 At puer Idalius promens duo tela pharetra,
 Aurea tela manu torfit. Volat impete ferrum
 Ingenti, stridetq; rosas ac cessante tellum.
 Protinus ille Dea sanguis de pectore manans
 Inficit arte rosas, & iam mutare colorem
 Incipiunt, & purpureis florescere gaudent
 Crinibus, ac lata faciles consurgere terra.
 Dic decus Aonidum Monauis, quid sibi salu
 Luna Rosaq; velint? Sic current molliter hora:
 Sic Susanna rosam, referet sic Luna maritum.
 Francisc. Hildensæm. Hippol. F. D.*

IISDEM: IO: CRATO D. C.

*Vna fides, atq; vnus amor, lectus simul vnus
 Vos iungat, foueat trinus amore Deus.
 Ad Moldæ celebres hæc Crato scripsit aquas*

IISDEM. MATTH. VVESEN-
 BECIUS D.

*Viuite felices opibus, pietate, pudicis
 Moribus, ingenio, pignoribusq; thori.
 Scriptum Leucoridos mœnia propter aquas.*

IISDEM.

*Visus Acidalios odisse Monauis ignes
 Solus, & vrbana velle quiete frui:
 Nunc calet, & vacui damnat dispendia lecti,
 Et se velle prius non potuisse dolet.*

An

*An mentem huic Amor? an telum ille extorsit Amori?
 Atq; esse alterius iam putat esse suum?
 Rem miram. Nocuit mora semper amantibus: vni
 Huic prodest: nec iam sero amat, Ipse amor est.
 Ipse etenim in Sponsa collapsos suscitât ignes,
 Que viduo optabat viuere posse thoro.
 Et qui vnum haud poterat flammis accendere pectus,
 Nunc coquit alterna pectora bina face:
 A quo victa fuit semper mora, vicit amorem:
 Nec sorte vsura est facta prope ipsa minor.
 ? nunc, crede moram prudentes ladere. Quo rem
 Dislulit ille magis, rettulit inde magis.*

Nicolaus Rhedinger Strisæus.

I I S D E M.

*Insigne corporis decus
 Est forma: formæ serica
 Vestis: decorem vestibus
 Ornatus addit aureus.
 Sed sceminam, nec purpuræ
 Nec vniones Indici
 Nitorue pulcritudinis
 Aut magna dos parentium
 Commendat in tantum viro,
 Quantum comes modestiæ
 Adiuncta diligentia.
 Nam, quæ pudoris indiget
 Decore, quantumuis suo
 Decora vultu, quamlibet
 Cultu superba bissyno,*

Non

Non est venustior sue,
Quem torquis ambit aureus.

At sicut est custos bona
Pudicitiae modestia,
Qua perdita, nil foeminae
Salui dein relinquitur:
Sic rem domumque sobriae
Laremque diligentia
Seruat, suamque liberum
Curam gerit solertia.

His dotibus cum praedita,
Monaue, nupta sit tua,
Quid amplius rerum tibi
Optes, Gyge o beator?
O illius modestia
Saltem atque diligentia
Longum fruire, o patriae
Gentisque Selenites tuae.

Gregor. Bersmannus.

I I S D E M.

Quam bene nupta datur tibi cara Susanna, Iacobe:

O amor, o nexus vnio grata sacri.

Sis felix, faueatque tuo Deus autor amor:

Eueniant tædæ omnia fausta tuis.

Candida pax ornet thalamum: concordia firmet:

Firmaque cum firmo duret amore fides.

Sit tibi læta domus, sit multa prole beata:

Sit sine dissidio, sit sine labe thorus.

Nicol. Reusner. D.

I I S-

I I S D E M.

Vxorem perhibent datam Monaue,
Vxorem niti dam, probam, pudicam.

At quis te Deus impulit, Monaue,

Vt tantum tibi perpetrare tutum

Putares facinus? domi fouere

Quanam lege licet duas maritas?

Te duxisse sacro diu Thalam

Musarum è numero nequis negare:

Hanc semper memini, tuis amasti

Charis plus oculis, tuoque corde:

Hanc non passus es vngue dimoueri

A te latius: hanc dies & ipsas

Noctes in tenero sinu (puellum

Ceu mater bimulum solet) tulisti.

Nunc nouam dominam, novos amores

Iunxisti thalamo, simulque lecto

Sub vno frueris priore nupta

Atque posteriore: quis Deorum

Tantum in te potuit? quis huius autor

Connexus fuit? An Cupido magnus

Deorum ille Deus? Cupido quid non

Tu cum matre tua potes? Tonantis

Arces fulmina, mitigas furentem

Neptunum, rabiem domas potente

Regis Tartarei manu, per orbem

Immensum nihil est, tuos quod arcus

Possit vincere, vel tuas sagittas.

Submittunt fera colla quotquot usquam

Sunt reges Domini tuae pharetræ.

Hæc cum sint face clariora solis,

Quis

Quis porrò male dicat ò Monaue
Factum, robore quòd Dei supremi
Victus, sub tua iura nunc Susannam
Traxeris, simul & fruaris ista
Atq; illa? Sapientis haud fuisset
Vnam linquere, & alteram tenere:
Est ingens tenuisse Laus vtramq;
Musa carmine te tuumq; nomen
Vasto sparget in orbe: sed Susanna
Dulci prole domum replens in omne
Conseruare genus studebit æuum.
Dij faxint superi, Deæq; cunctos,
Vt vitæ parili dies amore
Concordi studioq; copulaq;
(Ceui Natæ Charites Iouis) Monaue,
Tu, Thalia, Susannaq; exigatis.

Hieron. Arconatus.

II S D E M.

Εἰ δ' ὁ γὰμος πολύμοχθος, ὅμως δέουσι πρὸς τῶν
πᾶσι ἀναγκᾶν, ὅτι βάσις ἐστὶ βίη.
ὅτι δὲ ὁ πολυόλβος, ὅταν τις πενθερὸν ἔχει
τὸν δεῖον: εὐπεθὴ τῷδε θυγατρὶ λαβῶν.
Τὸ κατὰ τὸν ὅρον, ἰάκωβε μονάυει, δάξῃ
ἔσσι πάντα καλῶς σὺν δέῳ ἡδ' ἄρετι.

*Hieron. VVolfius: afflicta valetudine &
effeto ingenio F. Augusta Vindelici.*

Epithalamia à P. Melisso, Andrea Duditis, Ioachimo
Meistero, Laurentio Ludouico, Iohanne Caselio, Natha-
ne Chytræo, Matth. VVacker, Petro Monauio, Paulo
Fabricio, Daniele Hermanne, Iacobo Fabricio,
& alijs: scripta & edita alibi leguntur,

IN

IN OBITVM LE- CTISSIMÆ ET HONE- STISSIMÆ FOEMINAE SVSAN- NÆ VOGTÆ MONAVIANÆ

παράμυθτικὸν Nathanis Chytræi.

VI X finitus abis completis mensibus annus,
Cum tu, cum caros inter carissime amicos,
Instar purpurei vestite vitibus vlni
Frondebis, & folijs stabas spectabilis arbor,
Maturi quoq; mox acinus ornanda racemi.
Iam tibi dira lues, totas ceu turbine gentes
Que pridem inuasit, tam pulcra ex arbore vitem
Tam pulcræ auulsam excussit, ruptiq; flagellis
Strauit humi. iacet illa sui velut inscia fulcri
Decolor & pallens. tu tanquam populus arens,
Tempore tam tristi atq; alieno frondibus orba
Pampineu, propriiq; adeo viduata decore,
Sola pruinosos mæstè circumspicis agros.

Su animo tamen inuiso Iacobe, doloremq;
Vt decet hunc superæ, cum sit tibi nota voluntas
Cui sua causa subest quamuis sit cognita nulli
Sideri patri: Is recte facit omnia solus,
Et faciet semper. Cum sint quoq; gaudia cæli
Non ignota tibi: & certa spes altera vitæ:
In quam translata rursus mox deinde videbis

T

Esse

Esse tuam vitem, ridica nullius egentem;
 Herentemq; tibi, & tecum sine fine futuram,
 Illius atq; tui, alte, radicibus horto
 Cœlesti impactis, nulliusq; impete Cauri
 Inde exstirpandis: Horto quid latius isto?
 Hos tibi quæ minuat melior Panacea dolores?

IN EIVSDEM OBITVM.

Dum tu Iacobe coniugis fatum tue
 Luges Susanna, fœmina lœtissima:
 Tecum fideli condolens Ego pectore
 Lugere cogor VVolsij fatum mei,
 Lingue viri, callentissimi viri,
 O iriste fatum: Quisq; sic manes suos
 Perennibus desiderat cum lacrymis:
 Tu corporis costam tui: Sed pectoris
 Partem requirens Ego prope dimidiam mei:
 Compagne donec nos Deus rursus noua
 Iungat reformatos sibi mox cœlitus.

Nicol. Reufnerus D. Lavvingæ.

EPITAPHIVM EIVSDEM.

Hic mea: Sed mea quid? Mea namq; Susanna fuisti:
 Molliter in patrij parte quiesce soli.
 Tempus erit, quo nos celsio coniunget olympo
 Hic misero qui nos iunxit in orbe Deus.
 Tunc dolor & lacryma, tunc mentis & anxietas
 Desinet: & rursus mutui ignis erit.

I T E M.

Hoc tibi verus amor: Coniux dilecta: sepulcrum
 Consecrat: Hoc veri pignus amoris habet.

Moribus

Moribus & castam retulisti mente Susannam,
 Ipsa Susanna Deo & casta Susanna viro.
 Ergo tibi pietas quodcumq; ex marmore struxit,
 Promeruit pietas id tua sancta tibi.

Petrus Ascanius.

IN OBITVM EIVSDEM.

Nunc desiderio sit pudor & modus
 Tam caro capiti: præcipe luctui
 Summi flamma patris, Nam tibi ius pater
 Mœstis ferre animis dedit.
 Non, Monaue, Susam perpetuus sopor
 Urget, cui pudor & iustitiæ soror
 Incorrupta fides, Nudaq; veritas
 Vix ullam inuenient parem.
 Multis illa malis libera, gestiens
 Conspectu fruitur perpetuo Dei:
 Et cum lætifico nectare percipit
 Diuinæ ambrosiam dapis.
 O quid Threicio iustius Orpheo?
 Hic Sponsæ à stygij limine cerberi
 Assertæ in requiem, gaudia contulit
 Terræ sensibus abdita.
 Hæc sentit S v s a: in hoc dum male seculo
 Nos sæuis premimur tygribus & lupis.
 Durum. Sed leuius fit patientia
 Quicquid corrigere est nefas.

T 2

IN

IN OBITVM PE-
TRI MONAVII ME-
DICI CAESAREI.

D. O. M. S.

ET PETRI MONAVII
VRATISLAVIENSIS, PATRI-
TIA FAMILIA NATI, S. C. M. ME-
DICI, VIRI TRIVM LINGVARVM
& BONARVM OMNIUM DISCIPLINA-
RVM COGNITIONE, CVM SINGV-
LARI PIETATE AC PROBITATE
CONIVNCTA CLARISS.
MEMORIAE.

D*um qua sint morbis medicamina certa Monavi,
Sedulus inquiri, metuens Mors ipsa, repertis
Seu ita ipsius ne posses arte morari,
Seruandis intentum alijs, propriaq, salutis
Curanda immemorem, te funere mersit acerbo.
Sed quid si potius sese Mors ipsa fefellit?
Suetus enim morbos, non mortem, vincere viuum,
Vita nunc vera sanctè moriendo potitus
Ipsa etiam Mortem docuisti morte domari.*

EIDEM.

E I D E M.

Si qui nunc tacet hoc iacens sepulcro,
Vel ipsum queat hoc loqui sepulcrum,
Eius nomine quem tenet sepultum:
Audires subito tuas, Viator,
Qui linguis tribus insonans ad aures,
Te quacumq, tribusue, pluribusue,
Sunt verè, vtiliterq, scripta linguis,
Ad vnguem solideq, perdoceret.
Sed hoc quàm nequeat loqui sepulcrum,
Nec qui nunc tacet hoc iacens sepulcro,
Discas ex alijs licebit illa.

Tantilla sed enim morâ, viator,
Petrum hîc disce Monauium sepultum,
Heu flore in medio innocentis æui,
Morte præpropera nimis peremptum,
Tres nuper solitum sonare linguas,
Bonisq, artibus omnibus politum:
Sed cuius solidam eruditionem,
Candoremq, animi, piosq, mores,
Nulla sit potis explicare lingua.

Theodorus Beza: Amico carissimo P.

CASPARIS PEVCERI Ad Ia-
cobum Mon: de morte fratris

παράμυθτιον.

Quod magis in terris rara est concordia fratrum,
Hoc qua sincera est, fœdere firma magis.
Sincera est sed sola sacri de dogmate verbi,
Qua non diuersum sentit, idemq, facit.

T 3

Hæc

Hæc tibi quod summo deuinxit amore, Monauī
 Fratrem, quem nuper sustulit atra dies :
 Insignem pietate, Machaonis arte celebrem,
 Casarei illustrem seruitijq; fide.

Haud dubito dirum releuet quin vulneris ictum,
 Quem necis interitus fecit aliq; cito.

Nil est praesidio : Nil est solamine maius,
 A fidei precibus quàm pia mens quod habet.

Hū pietas aliū vastum velut aethera tranans,
 Pertumpit caelos, & viget ante Deum.

Caspar Peucer. D.

E I D E M.

Hic iacet Elisia Petrus de gente Monaua,
 Editus ad ripas clare Viadre tuas,
 Et clarus Medica, populūq; salutifer arte,
 Hebreo, Tēuto, doctus & ore loqui.
 Et Graia Sophia, doctrina excultus & omni,
 Omnigenis animi dotibus amplius erat.
 Fratre, Iacobe, tuo dignus, tu Petre Iacobo:
 Nobile par fratrum, charus uterq; bonū.
 Hac Paraphrasta tibi Psalmorum, fide Magister,
 Quo sine nil potuit, debita iusta facit.
 Aeternū salue atq; vale, dilecte Monauī,
 Accipe nosster amor, quod Tibi donat Aue.

Esromus Rudigerus.

MARTINVS CRVSIVS.

εἰς κύριον πρέσβυτον τὴν μονάξιον βεατιστανίαν.
 ευθαδέε τῆν κλεινὴν κεφαλὴν, κατὰ γαῖαν καλὴν
 πρέσβυτον μὲνάξιον: ἔωμαις πισὸν ἰνέσβυτον
 σκηπτεῖς

σκηπτεῖς, πάσῃ σοφίᾳ τὴν ἀρετὴν τε φάεντον
 ἔλκων ἐβροχόντε, μαθηματικὸν τε δεονδῆ:
 ὁ πόσων ἐξ αὐτῆς καὶ σοναχῶν, ΙΑΚΩΒΩ:
 Ἀλλὰ μάκαρ, κενῶ: τὸν δ' αὖ, δεε, ποιεε ῥάων.

Hoc tegitur tumulo vir magni nominis: ille
 Imperij Paon Romano Scepti tenentis,
 Petrus Munabius, fidus, sapiensq; bonusq;
 Hebraus, Graeusq; Mathematicusq; profundus.
 O quantum frater luctum caput inde Iacobus?
 Est tamen ille, beatus: Huic da, Christe, leuamen.

Tybingæ. 1588.

AD IAC. MONAVIVM in funere Germani illius.

Equidem Iacobe valde
 Doleo Petri Monauī
 Præmaturum obitum fratris tui
 Vnius & vnici.
 Dolet hunc Nicer vadofus,
 Viaderq; Voltauxq;
 Amnis, cæruleis interluens
 Pragas veteres aquis.
 Gemit aula cuncta, & omnis
 Medicū manus RVDOLPHI,
 Tanto orbata viro. præq; omnibus
 Tu vnus merito gemis,
 Oculisq; fundis vdis
 Lacrimas, rigasq; fletu
 Vultus immodico, & tristi feris
 Planctu anxia pectora.

T 4

Nimis

Nimis ah nimis recordor
 Ego mutæ sub hisce
 Myrtis notitiæ, siluestribus
 Myrtis: ubi crebrius
 Serere inuicem loquellas
 Salibusq; feriisque
 Mixtas iuuit: item concentibus
 Symphoniacis nemus,
 Nemorisq; numen ipsum,
 Celebremq; Pana, & omnes
 Faunos cum Satyris, & rusticas
 Mulcere sono Deas.
 Nimis, ah nimis, recordor
 Auium inter accinentum
 Ut persape choros is garrulâ
 Mecum leue fistulâ
 Modulamen inchoarit.
 Patauina populeta
 Testes, & Medoaci fluminis
 Ripæ, velut & Lyci
 Aquæ Sueuici, sonoris
 Modulis & arte Phœbi
 Excantata sacrâ: PETRE, Ô PETRE
 Suauissime, sic obis?
 Podalirius cluebas
 Nouus, ac nouus Machaon
 Audibas: alij iuxta artibus
 Æquæ celebres erant:
 Neque tute te medellis
 Aliusue detinere

In

In vita potuit? Nil pharmaca
 Nil succus, & vtilis
 Valuere potiones?
 Nil artifex potestas
 Herbarum? Moriendum nempe erat.
 Namq; vltima durior
 Vbi Parca fila rupit:
 Fugit halitus reuerti
 Abnutans. Igitur nobis PETRE
 Æternum & haue & vale.

*Paulus Melissus Franc. Comes Pal,
 Caf. & Eq. Ciuu Rom.*

IN OBITVM EIVSDEM
 PETRI MONAVII.

*Monauis totum dum conscia fama per orbem
 Fratrum vehit par nobile:
 Inuidit cælum: terriq; migrare Iacobo
 Petrum iubet supersite.
 Scilicet, ut terras alter repletet, & alter
 Diuiso olympum lumine.
 O fortunatos fratres, quorum vnus honoris
 Terra ambitus non sufficit.*

BIBL. UNIV.
 WROCLAW

I T E M.

*Ergo Petrum, quem, seu diuini oracula verbi
 E fonte Hebræo promeret:
 Seu Medicas aperiret opes, Sophiæq; latentes
 Mire explicaret copias,*

T S

Sen

Seu varia efferret linguarum idiomata, Magni
 Stupebat aula Caesaru:
 Nunc caelo exceptum & diuino lumine plenum
 Stupent cohortes caelitum.
 Scilicet hos fructus, quam semper habebat in ore,
 Fert stulta predicatio.
 Attulit hac agro misera fastidia vitae:
 Hac mortuum caelo intulit.
 At tu care Petro frater Iacobe superstes,
 Germen domus tua vnicum:
 Ob fratrem premissum acri ne cede dolori:
 Succede fratri gloria.
 Nam qui translatus à lacrimis ad gaudia iacet,
 Non is dolet, sed inuidet.
 Quin potius gaude, famaq; & prole beatus
 Polum reple, reple solum.

I T E M.

Qui procul hinc veteres tumulos, signataq; passim
 Quaris viator marmora,
 Hic quoq; siste pedem. Paruo hic sub cespite summi
 Iacet Monarcha ΑΓΧΙΩΓΩ
 Monauimus: Dicent, si queris cetera, maesta
 Ecclesia, Aula, Patria.

Nicol. Rhedinger in Strisā.

Ad I A C. MONAVIVM
 de Tumulo fratris.

Si prece, si precio, si vi reparabilis esset
 Vita, Ego millenas viuere olympiadas.

Exora-

Exorare etenim Parcarum maesta Budorgii
 Pensa breuesq; colos qua potuisset, erat.
 Dittia Casarea voluere araria gaze
 Soluere munificā multa talenta manu.
 Sed nimium est rigidi dura inclementia fati,
 Heu nouit nullu parcere nominibus:
 Non mihi Apollineas coluisse fideliter artes
 Profuit, & patria consuluisse mea,
 Non iuuit magno officij placuisse Rudolphi:
 Caesaris & tanti promeruisse fidem,
 Quin mihi Letheae Lachrysis redimta cupressu
 Eriperet caru lumina luminibus.
 At non eripuit lumen: mortale cadauer,
 Ut visum est superu, hac tumulatur humo.
 Caelo anima excepta est mortis secunda secunda,
 Hic mihi perpetuā viuere pace datur.
 At tu, quem nostri mouere incommoda casus,
 Quid luges? istu pone modum lacrymarum.
 Deserui vario concussus turbine mundum,
 Ut nostram exigeret mitior aura ratem.
 At mihi sunt dubia superata pericula fortis,
 Aetherea capior nunc statione redux:
 Grata samen pietas hec est tua: Dī tibi dulcius
 Prolongent vitæ tempora fausta. Vale.

Ian. Iacob Boiffardus Burgundus.

IN EIVSDEM OBITVM.

Fortibus in Quadiū bene culta Bratesilew vrbs,
 Casareaq; omnes Rudolphi in principis aula,

Alta

Alterius fatum deplorant Monaidarum:
 Illa etenim deinceps hoc tanto ciue carebit
 Perpetuum, hi grata sed curatore salutis:
 Et simul effusis lacrumis & voce dolenti,
 Iacobus sese (quid enim?) frustra anxius vrget:
 An e diem cecidisse ratus, quem viuere mallet
 Germanum, & seros vna florere per annos.
 Namq; Petrum, medio è cursu mors saua citauit,
 Viribus integris, neq; iam quid tale timentem,
 Semper enim Aonijs animum pascebat in hortis,
 Inuigilans studio recti, sacrûq; Minerua:
 Aut Asclepiada diuino munere fungens,
 Arte sua multos tenebris arcebat Aeterni:
 Securus reliqui: Nihili spernebat honores:
 Sed misere fuluo neq; mentem adiecerat auro.
 Quin sic se in vita, noctesq; diesq; pararit,
 Sponte sua curas atq; hæc terrestria linquat.
 Quin quoq; mature cadat aut qualibet hora,
 Quisquis prodierit mortali lege sub auras:
 Quam ferre in nobis nostrum si nemo recusat:
 Cur minus in reliquis patiamur pectore forti?
 Et studio, & cura, quantum vnusquisq; valemus,
 Scilicet humane decoremus munia vite.

Ioannes Caselius.

IN OBITVM EIVSDEM.

Ingenio solers, animo pius, optimus arte,
 Linguarumq; decus variarum, & Cesaris aula
 Ornamentum ingens, & austa gentis ocellus,
 Spes patriæ, fratrumq; pî cura vnica Petrus
 Monaidæ sitis hic, mortales exiit arum:

Cum

Cum multos pridem, veluti de faucibus Orci
 Eripuisset ouans. Sed vbi fatalia presto
 Tempora sunt, ars nulla valet, medicamina cessant,
 Cede Deo, dilecte mihi, multiq; per orbem
 Eximîs virtute viris Iacobe, quod, egro
 Quantumvis animo, cupide facis ipse lubensq;
 Hæc etiam parua ingentis solatia luctus
 Vt decet accipias à fido mitis amico:
 Nec luctu grauis esto tuo fratri: obtinet ille
 Iam portum, dum nos furibundum concutit aquor.
 Numne illi inuideas partam post fata quietem?
 Non facies, memor illius, quod semper in imo
 Corde, animo, linguaq; sonas: Facit omnia recte,
 Et faciet, Rector mundaq; hominumq; Iehoua,
 Cui sit perpetuus sua laus & gloria seculi.

Nathan Chytræus.

E I D E M

E P I T A P H I V M.

Vis multa paucis discere, hospes? hoc audi.
 PETRVS MONAVVS clausus hæc tacet tumba.
 PETRVS MONAVVS: sed sat hoc: sat audisti.
 In nomine ipso cunctis iam recognosce,
 Iam pridem in illo qua fuisse cognosti.
 Nam fama nulli muta, tuq; non surdus.
 Venerare tumbam: dic bene, hospes: & gaude
 Rescisse & hoc hic, forte quod minus scibas.
 Vix plura didicit paucioribus quinquam:
 Vix plura quinquam paucioribus discet.

Valens. Acidalius D.

E I D E M.

E I D E M.

Te quoq, Petre, colos fatales arte morantem
 Sustulit immiti Parca maligna nece.
 Non tu corpus eras sine pectore, non tibi lingua
 Re sine: verba dabat, nec sine mente sonos.
 Vna nec egregio manabat ab ore loquella,
 Omnigena promens cognitionū opes.
 Par eras ingenio probitas, artemq, decorus
 Ornabat comi cum grauitate pudor.
 Mota erat hu Cloiho, pariter miserante sorore
 Stamina cum flecti qua nequit, ecce secat.
 Su igitur Monaue, cadū, crescentibus annis:
 Sed vitam pensant laus diuturna breuem.

Gregor. Bersmannus.

E I D E M

ex nominis anagram.

IESV NVPTVS AMOR.
MORTVVS PIE SANVS.

Mundi vanus amor mortalia pectora fallit:
 Segnius & vero certat amore frui:
 Mundi quousq, amans nimis est & amicus iniqui:
 Exitum satagit sponte sibi ipse suum.
 IESV NVPTVS AMOR Petre, te iuuat: haud iuuat
 Mundi amor: & munda cesset vt omnis amor, (ergo
 Caeli pro mundi modo amore cape sis amorem,
 Sit tuus vt caelo semper Iesus amor.
 MORTVVS ipse PIE, mente es & corpore SANVS:
 Quid magis optari por pia vota potest?

Magna

Magna quidem laus hac, mundi tot amore potentum
 Ac tot amicorum qui placuere tibi.
 Maior & hac laus est, magni frui amore Monarche,
 Maxima laus, Iesu semper amore frui.
 Tu quoq, noster Amor quondam salue optime Petre,
 Et seruum hoc veteris pignus amoris habe.

Nicol. Reufnerus D.

CARMEN FVNEBRE.

Et tu Petre iaces, mi Petre? quid obsecro morbi,
 Proh dolor, atatu nitido sub flore virilis,
 Fata repentino potuit cita ducere cursu?
 Non potis à multo, ipsa vel Caesaris aula,
 Artu praesidio morbos arcere fuisti?
 Non reuocare datum medio de limine mortis
 Semineces fuit, ex animis & ferre salutem?
 Hei, quo tam subito virtus euicta recessit?
 Nil quod opus tibi met tuleris? suspendere mortem
 Annum non licuit saltem, differre vel horam?
 Sic hominis ratio semet descendit in ipsam:
 Sic miseri pendere animus, sic saepe solemus
 Et necū & vita arcana exquirere causas.
 O dubias vero mentes, inania caci
 Somnia iudicii: num se coelestibus ausis
 Consilijs hominum miscere ac tollere sensus?
 Summum vita bonum: breue sed tamen, esq, caducum.
 Nullum terra tulit, vel regum sanguine cretum:
 Quem sua non genetrix primum reuocaret ad ortum.
 Cernimus emissos ita vix in luminis auras,
 Diuis quando libet repeti: telluris & alio

Tam

Tam iuuenes recipi, fractos quàm mole senecta.
Nullum vel pietas, vel opes, vel prouida rerum
Cognitio mortis communi à lege reseruat.

Ac licet hac animo quemuis reputare profundo:
Et deceat fletus moderari & frangere luctus:
Sape tamen caro victa labat, ceditq; dolori.
Fratre quò, ô durum, amisso tam pectore caro
Est animus, Iacobe, tibi: cum maceret agrum
Me dolor ob lethum sancti & tam dulcis amici:
Augeat elanguis sauos & corporis artus?
Et cui non moueant ingentem fata dolorem?
Tanti fata viri? dum mens, & corpus, & atas,
Et sublime loco tam celso nomen, & artes,
Sorte pari florent, ac vincere singula certant.
Singula cum gemitus pariant: coniuncta dolores,
Hac tamen accumulans, & mersum funere plangunt:
Iuraq; præcipitis condemnant ferrea fati.

Verùm quid facias? nimio quid pectora luctu
Conficias? nihil ille, nihil conducit: amicos
Nec reuocare potest lethæis fletus ab umbris.
Sapè nocent gemitus, & habent incommoda cura:
Nè prudens mentis sauos quis temperet ignes.

Ergo mordaces age differ pectore curas,
O animo vir care meo, nec vincere luctu.
Scis non amissum, saltem sed funere fratrem
Præmissum: quem sorte pari cras sorte sequemur.
Forsan & hic aliquo potuit discrimine mergi
Petrus: ut impendent incerta pericula vite.
Hic iam præueniens, ac liber mole laborum:
Et Christo petra fidei munimine nixus,

Funere

Funere scæuus agit, placidag; in morte quiescit.
Nam bene qui vixit, bene mortuus incolit astra:
Vita fuit siquidem tota huic meditatio mortis.
Et licet hac possint nimis immatura videri:
Fata satis matura tamen: mors quando beata
Contigit: & vite reseravit regna perennis.
Adde quòd impleuit mensuram nominis ipsam
Laudibus ingenij, virtute, & munere frater.
Namq; viri lux sape valet plus vna periri,
Aetas quàm rudium, quæ vel cum Nestore certet.
His animum, Iacobe, tuum solare futuri
Spe reditus: vbi membra nouus certantia Phæbo
Collecta referet cinerum de puluere Petrus.
Tunc cum fratre Deum cernes rediuiuus: & astris
Omnes vna salus, eadem nos gaudia pascent.
Hæc Ego sub medio fleui discrimine morbi
Paucæ: sed illa meum tibi contestantia luctum,
Ob mihi præreptum tam cari pectus amici.
At tu viue diu: Spatium &, quod tristis ademit
Mors Petro, Iacobe tuus fors inferat annis:
Teq; lehoua rei foueat nullius egentem.

E P I T A P H I V M.

Qui domuisse fuit Lachesin potius arte: Deorum
Et medica valuit fata fugare manu:
Hæc Petrus heu letho victus cubat ille Monauus:
Florida cui nec opem vita nec herba tulit.
Sic quoq; firma tuunt: perit ac sublime futurum,
Sic quæ mane vigent, lilia nocte cadunt.
Mens inserta Deo bona sed mortalia ridet:
Iamq; statu gaudet se meliore frui.

V

At

*At vos è tumulto, dum molliter ossa quiescunt,
Interea florum crescite delicia,
Donec membra solo cæli radiantia luce
Grandisonâ iudex euocet ille tuba.*

A L I V D.

*Quando fatigatus medica Deus arte sorori
Pharmaca miscendi munus Apollo dedit:
Monauit Phœbe sibi iungens arte medentem,
Fata saluari vicit iniqua manu:
Et dubios prohibens morbos à Caesaris aula,
Insigni peperit nomen in arte viro.
Inuidit Lachesis mortalibus agra salutem:
Et vita rupit flamina Monauio.
Luna virum plangens pullo se texit amictu:
Phœbus & indigno funere condoluit.*

A L I V D.

*Phœbus ubi cæli prospexit ab arce sororem,
Et Luna famulum vestijt igne globum,
Inuidit nitidum Phœbe Proserpina lumen:
Hanc solis prohibens ore micare solo.
Cur ita? quod Monau se pingi ferret in armu:
Et fuerit Medica præsens in arte Petro.
Nunc igitur Phœbe lethæis conditur umbrâ:
Cassâq; sub terrâ cornua luce latent.
Quando renasceretur, sine cornu plena micabit
Hec soror: & fratri luce perennis erit.*

Georg. Calaminus.

A L I V D

A L I V D C A R M E N F V N E B R E.

*Sic equidem spem dulcem animo longe ante ferebam,
Mille mihi vt pareret delectamenta, Monau,
Alloquio, aspectuq; suo, quem pluribus annis
Copia non fuerat vultu contingere facta.
Sed quid Ego memorem? quo melle fluentia promam
Verba, repentino ne te terrore repente
Exanimem? heu dolor è cordis penetralibus imis
Erumpit, veluti angustâ liquor abditus vrnâ,
Cogit & ingratam planâ rem voce fateri.
En ipso, Iacobe, die, quo dulcia pulso
Ostia, & ascensu supero exoptabile limen,
Tristibus heu paucus vix precedentibus horis
Imposuit, superas anima fugiente per auras
Dilectum letho caput, & valedixit amicis.
Quis? rogitas: ah ne vitam submitte dolori
Fratrem dico tuum, tibi qui vel carior ipso
Lumine vitali fuerat, semperq; manebit.
Illum obijisse loquor, doleo, queror, ingemio, ploro,
Cuius in ingenio virtutes suauiter omnes
Et Musa, & Charites conspirauere fauentes:
Qui tota fuit soli deuota Deo mens,
Qui nulli nocuit, qui profuit omnibus equâ
Mente quibus potuit, medicâq; salutifer arte,
Caesaris Archiatus multâ feliciter egros
Expedijt morbis, reuocans in pristina vires,
Quem pleriq; mali dubitarunt ledere, at omnes
Certatim coluere boni, qui indagine mirâ
Fertilis ingenij doctrina summa parauit
Instrumenta sibi: non tantum Phœbus Apollo*

V 2

Ej

Et Sophia insignem muliā quem reddidit arte:
 Sed quoq; Relligio sua per penetrabilia cautum
 Duxit ad Ebraeos fines, & limpida fontis
 Flumina celestis, quoties ut villet, Apellas
 Laude magistrū claros conuelleret ipsis
 Fontibus illorum, turpig; rubore notaret:
 Ob quā virtutum, doctrināq; inclita dona,
 Immortale sibi nomēq; decuq; pararat,
 Atq; inclaruerat Germanis protinus orū,
 Ut sit nemo bonus, qui non optauerit ipsi
 Nestora cursum vitæ, dignumq; putarit,
 Esset qui tuus (ō fratrum par nobile) frater.
 Hic medio in cursu vitæ cum morte beatā
 Infelix auum mutat, terrestreg; rumpit
 Fœdus amicitia, magni incola factor olympi.
 Mortuus est igitur (sed non sine numine Divūm)
 Philosophes, Medicos, Sactorum interpres, & idem
 Vir bonus, ille meus, tuus ille Iacobe Monauī
 Petrus, idem tecum cui cara Matris in aluo
 Flebilis auspiciū vitæ fuit, & locus idem,
 Mortuus est, nullos qui sese viuum habebat
 Maiores candore, fide, probitateq; : paucos
 Doctrina, ō ingens fratris iactura? quid ultra
 Eloquar? anne tibi solatia digna ministrem?
 An doceam liquidas Aquilam contendere in auras?
 Sat tibi solati tu suppeditauerū ipse.
 Atq; adeo hoc, dubio quod fertur cardine, seclum
 Funus fraternum patienti ferre iubebit
 Pectore. namq; quibus superesset frater in orbe
 Delicijs? anne ut misceri cladibus orbem

Cernit

Cerneret horridiſſis, eaq; eliciente dolorem
 Aspiceret vultu, quorum vel mentio nostris
 Patribus horrorem incussit, gemituq; profundos?
 Vere equidem felix hac tempeſtate videtur
 Eſſe mihi Petrus, quū enim felicior illo eſt,
 Proſequitur Deus ipſe ſuo quem ſandius amore?
 Quem vero ardenti magis igne perurit amor?
 Quā placide mundi trago hoc quem tempore rebus
 Eximit humanū, quem tot tantuq; periculis
 Eripit, ad quorum faciem Sol ipſe ſtupore
 Erubet aut pallit nimio, Naturaq; rerum
 Ingemit, & ſeſe nequicquam Elementa fatigant.

TVMVLVS EIDEM.

In quem doctrina Oceanus confluxerat omnis,
 Eſſet ut ex merito Caſarius Archiater:
 Hic ſitus eſt Petrus Monauius integer aui,
 Vir ſolide doctus, vir ſolideq; bonus.
 Mors ipſum inuidit terris: pia fama ſed inter
 Lumina Teutonia iuſſit habere locum.

Salomon Frenzelius. Pragæ 1588.

E I D E M.

Εἰ θανάτου βαρέῃ τὶ ἀλεξήτριον εἶν
 ἐν τέχνῃ, νόσῳ ἢ τὰ ἀκέρματ' ἐχθ.
 οὐκ ἄρα τῇ μετ' γαίῳ ὑπο συγγεῖν ἀφίκοιτο
 μωνάβῃ· νῦν τῆς ἐν μακάρεσσιν ἑωρ.
 ἡδὺς γὰρ εἶναι εἰδὼς πολυαλγέα νόσῳ
 πῆματα, ὅ δ' ἡ χθὼν φάρμακα θάνατος ἔφει.
 αἰολα παντοίως ἐτι μνηστῆρια τέχνης
 ἀκριβῶς εἰδὼς, ῥήσιμα δ' ὧσα δεῖ.
 V 3 θαύμα-

θαυμαστόν δὲ μάλιστα δ' εὐσεβείας ἵθι' ὅτι αὐτῷ
 πάντεσσι ὠφελείην ἔδωκεν ἡ δὲ θάλασσα βροτοῖς.
 τοῖς μὲν τοῖς ἑσπέραις, ἐδ' ὅτι μάλιστα ἄξιον εἶναι,
 ὅλβιον ἔχειν πολλόν, μακροτέρων τε βίον.
 ἀλλ' οὐκ ἐς τὴν ἡμέραν δὲ βίον ποτὲ ἐμπεδόν ὄλβον
 οὐτε βίαν βροτέων τέρμα πολυχρόνιον
 ὥς ἄρα ἔπειτα μοῖρᾳ ἀναπλήσας θανάτοιο
 πρὸς μακάρους ἀπέβη εἰς πόλιν αἰθέριον.
 ἐς δ' ὁμοῦ ὑψόρου, νεοτυχέα, ὅρ' προσέειπεν
 ἔντυνε χριστὸς τοῖς ἀγαπῶσι μόνον.
 ἡμᾶς δὲ δεῖν τε μέν, ἔπειτα δὲ πολλὰ
 οὐδ' ἐν τῇ παρρησίᾳ κρυφίᾳ γόοιο.
 εἰμὶ δ' ὅτι ἡμετέρας δόμοις αὐτὴ φίλῃς
 κύριον ὅτι ἄφθονος ἡμετέρας ὁμοφρονῶν
 ἰθείας δικαιοσύνης πᾶσι βροτοῖσι δίκας
 εὐνοῖαν ὥς τότε μέλλομεν ἀλλήλοισιν διμεῖν
 καὶ δεσμὸν φιλίας ἑξομῶν ἀξίαν γένοιτο.

Matth. Dresserus D.

E I D E M.

Elysis gemina lucebant climate Luna:
Fratres duo Monachū:
Vna Machaonīs addebat lumina libri,
Themidi dabat lucem altera.
Non tulit hoc Pluto: nec dignum iudicat aether,
Terra polum & ortum cedere:
Parcarum poscunt operam: & mox stamina Petro
Hec dira tumpunt numina.

Terra

Terra suum repetit corpus: mens addita caelo est:
Volat per orbem gloria.

Iac. Fabricius D.

E I D E M.

Et qua fatorum hac horrens & cruda tyrannis
In nostrum genus: ut sat, mala, non habeant
Vitales breuiasse moras: cornicis & auum,
Et corui vita fila triseculisenis
Inuidisse, ita nobiliori ex omnibus vni
Seclo hominum: & solo hoc dissimilasse dīs.
Nunc, quas condiderant caecas in viscera terra,
Que tardate queant tempora mortis, opes:
Hae mox eripiunt rursus: vsumq, medendi:
Et, qui post multas, pauculum, olympiadas
Eius percipere: hos sternunt funere aeterno:
Priscag, defendunt sic sua iura neci.
Nam, qui te afficiens, indignum morte cadaver:
Artis Paonia grande, Monach, decem:
Temperet à lacrymis, & non, fata impia, clames?
Funeris & doleat publica damna noui?
Bresla viro lac praeberat, cunag,:
Ipse illi partem laudis & officia.
Post ea dapnilius pastum in Germanide terra:
Inuerso cornu totius ambrosia
Ausonia infudit: nec defuit Hellas, Arabsq,
Perfectumq, ita sico mibus vnguiculi,
Doctum Asclepiaden suscepit regia Prage:
Atq, salutiferam sensit abunde manum.
Sensit item: extimuitq, suis Proserpina regnū:
Et viro: adhuc viridem est scindere mota comam.

V 4

Ergo

Ergo quoq; ipsa sibi scindit Medicina capillos:
 Atq; suum Petram tam subisse cito
 Conqueritur Petron, eq; Petra Petron exigit orco,
 Incassum: ut si de pumice poscat aquam.
 Attamen ipse etiam, illius vestigia longè
 Consectans, adsum: & claudere quando oculos
 Non licuit, patrone tibi, mi magne Monave:
 Adsum animo: & lacrymis irrigo saxa tua.
 Atq; hic interea: cuius quondam ipse fluentis
 Gaudebas, docti ad littora Medoaci:
 Hunc tumulum tibi fingor atq; hanc tibi consacro laurū:
 Ferschius, ingratis sedulus ipse meus.
 Sta Laurus phœbea: & iumbra hac busta perennē:
 Cui steteras viuo, in vertice, Monauij.

Ioann. Fersij D. Senis
 Hetrur. 1589.

E I D E M.

Sæpe valens alijs tristes depellere morbos,
 Succumbit morbis ipsemet ante diem.
 Sic præstans Petrus virtute Monauius omni,
 Quem medicum adsciuit Cæsaris aula sibi,
 Immatura alijs doctus producere fata,
 Aevi immaturus fata suprema subit.
 Nempe suam statuit cuius Deus arbiter horam
 Optimus: hunc nemo præterisse potest.
 Hoc quoniam fecit, bene qui facit omnia solus,
 ὅν τι βόλερ ut monstrat, clare Iacobe, tuum,
 Illi quod placuit, iustum moderando dolorem
 Quod fers inuicta fac pietate feras.

Non

Non amissus eris frater, præmissus in illam
 Vitam, qua vere vita vocanda venit.
 Sebastian. Ambrosius.

E I D E M.

Vita pijs mors est super orbe vagantibus ista:
 Sed vacat ærumnis Regia sola poli:
 Hunc igitur portum cupidus affectibus optant
 Ex ærumnoso quos inuasit ire salo.
 Talis erat Petrus præstante Monauius arte,
 Et genere & fama clarus honore sue.
 Bressa illum genuit veteri de stemmate Luna,
 Cui virtus tribuit culta perenne decus.
 Diuitis ingenij iuuenem Musæa Scholarum
 Condita diuersis excoluere locis.
 Hinc grauium venit numerosa scientia rerum,
 Linguarumq; viro copia magna fuit.
 Cæsaris aula manus experta Machaone dignas,
 Quam luxit Medici fata suprema sui:
 At lux doctrina reliqui præcelluit vna
 Dotibus, in Christo nixa medente Fides.
 Hac Medicina fuit morituro certa salutis,
 Spiritus hac vitam nunc agit ante Deum.
 Felicem, qui sic alijs medicamina præbet,
 Ne Medicum vita nesciat ipse sua.

Nicol. Steinberg,

IN OBITVM EIVSDEM.

Tristia dum rerum versant ludibria terrar,
 Et plicat in torto fors vaga fune vices:

V s

Eriget

Erigat inuictas ad cæli sidera mentes
 Spes tacita, & puro mascula corde Quies.
 Pura quies saluos dabit & solatia mitter:
 Spes tacita in forti robore damna premer.
 Sic maris & terra Dominus, qui præsudet astris
 IOVA Deus sanctus, Dux Israelis ait.
 Tu quoq; iam luctum, iam tristia signa Monauit
 Iam gemitum ad clari funera fratris habes.
 Erige concussam cæli sub sidera mentem,
 Spes leuet, ac firmet pectora iussa Quies.
 Ipse tuas faciet sortes, tua vota reponet
 Fide: fide vinces tristia, leta canes,
 Funus fœnus erit, visa solatia luctus
 Spem cæli gemitu, gaudia mæror ager.

Valent. Thilo D.



IEHO

IEHO V Æ
 ΥΓΙΕΙΑΣ ΚΑΙ ΠΑ-
 ΝΑΚÆΑΣ PARENTIS

Asclepiadeo succenturiato
Philosopho & Philologo πολυγλωττω

DN. PETRO MONAVIO
 Vratislauienſi patritio
 Aulæ Cæſareæ Medico

IOAN. IACOB. GRYNÆVS
*Basileæ ut ante decennium hospiti opta-
 tiſſimo, lauream Apollineam: ſic tam Cæ-
 licola immortalitatis coronam adepto*
 H. M. P. gratulatur.

O B I I T

Pīe: Pragæ Boemorum ætat. S. anno
 xxxvij. Chriſti M. D. Lxxxviii.
 xij. Maij.

ΙΗΤΡΟΣ ΑΝΗΡ ΠΟΛΛΩΝ
 ΑΝΤΑΞΙΟΣ ΑΛΛΩΝ.

SECVN-

SECUNDIS NV-
PTIIS IACOBI MONA.
VII CVM ANNA HOLZ-
PECHERA.

VT tecum ipse tuli pol mæstiter
Cum morte captus frater erat tuus,
Imperatoris Medicus:

Ita gandeam vicissim
Fas est, coniugio cum tu noua
Paras Monachi gaudia, post duum
Pæne lustrorum spacium
Viduæ seueritatis

Pertæsus. Sed amabo, quid ratos
Nobis amores, quid rata nomina
Oculis? quid contiguum

Retices genus? Vereris
Credo, caute, viam ne præbeas
Vasi incitato sponte tuâ tuum
Lesbijs ornare modis

Decus, ampliore campo
Forfan liberius per carcerum
Aperta latè posse repagula
Digredi, nec non aliquam
Alijs cito corollam
.Cursu præripere haud indebitam.

Ast

Ast otiosum te licet imperem
Esse, & his curis vacuum.

Tibi præsto adest acuto
Pollens ingenio cùm RHEDIGER,
Tum liberali VAQVERIVS meus
Dæditus dono Clarij

Gregis. Hi duo, Iacobe,
Victores geminam palmam auferunt,
Sat est Melisso, tam tibi quàm tuæ
Pauculis mentem numeris

Aperire, ad omnia æqua
Expromptam officiosè munia.
Gaude ergo. Tandem me quoq; compotem
(Auguror) voti faciet

Mea Nympha; Nympha iam nunc
Ter denos (utinam hic sit terminus
Aut finis) annos sollicitis mihi
Vndiq; indagata oculis.

Iuuat interim ac iuuabit
Hanc spem vltèrius pertexere
Spinofam, & albo purpuream senis
Vertici sperare ROSAM.

Rosa pars mei esto regni.

Paul, Melissus Francus, Com. Pal.
Caf. & Eques, C. R.

I I S D E M.

Me tuum, vt tadū, tibi quas Socer apparat, adsim,
Clare per Europa regna Monaue, rogat.

Anna

Suauius esset iter nullum mihi namq; putarem
 Tam sanctum officium velle negare, nefas :
 Meg, tuo indignum plane esse faterer amore,
 Quem tanti venerans optima quicq; facit,
 Nullam vt cum Musis partem se credas habere,
 Nô sit amicitia pars aliquanta tuae.
 Sed quid prapediat me, percipe. Nulla sororum
 Aonidum, que mî carmen adornet, adest.
 Nam simulac sumpta meditarer pangere pennâ,
 Munera Coniugio non inhonora tuo :
 Cuncta illa in vestram migrantes rure Budorgin,
 Me conturata deseruere fugâ.
 Fama tuo cunctas ibi desudare decori
 Dictitat, & totas esse in amore tuo :
 Ergo vbi me solum atq; inopem video esse, putauî
 Rectius esse, mea delituisse casa :
 Munere quàm vacuum, mensas arctare iugales,
 Et forte ex illa voce referre notam :
 Dic sodes, qua te fidentem huc appulit aura,
 Cum niteat tergo purpura nulla tuo?
 Miscetur squalor malè cum splendore : nitenti
 Nil nisi quod nitidum est, debet adesse gregi.
 Non deerunt alij tamen, à quibus ore diserto
 Ornentur dotes, docte Monaue, tua,
 Qui, Musas quamuis omnes vidoantur habere,
 Et gerere in cerebro totum Heliconâ suo :
 Dicentur dixisse minus quàm Sponse mereris,
 Laude tua tenues exsuperante sonos.
 autem in sterili, Musis absentibus antro,
 Curi Phæbo Christum, proq; Helicone polum

Urgebo

Urgebo tacita prece, quo tibi prospere vsum,
 Quem repetis, cælo rem moderante, tori.
 Vt quod ademerunt tibi temporis ante, secundas
 Lucrari id iubeant fata benigna faces.
 Omen idem annorum Sponse de nomine manat :
 Omen re, thalamos pignore Ioua beet.
 Ipsa suos ortus trahit abs interprete legum,
 Ad leges thalami congrua semper erit.
 Tute Numa mores imitaberis : illa sagacis
 Aegeria partes obsequiosa geret.
 Quod si me tempus coram pateretur adesse,
 Illinerem laribus talia signa tuis :
 In medijs volitans flammis impune salubrem
 Incoleret, nulla clade, Pyrausta domum,
 Vermiculum paucis animaret scriptis verbis :
 Mors extra flammam est : flamma, medela mea est.
 Consortes thalami viuunt in cœlite flamma :
 Vita vicem, in flamma cœlite, mortis habet.
 Viuat io longum flamma in consorte Monaui,
 Suauior hoc vita est, quo magis flamma viget.

Georg Tilenus D.

I I S D E M.

Luxisti cœlebs nonum, nisi fallor in annum,
 Monaui, primi tristia fata thori.
 Mox fratre è terris cognata ad sidera raptus,
 Accessit curis altera cura tuus.
 Nec poteris grauiora pati duo vulnera, luctus
 Verum ô lucrosus quàm fuit iste tibi ?
 Pro vidua intactam tibi mitia fata puellam,
 Pro caro carum fratrem dedere patrem,

Anna

Anna Holzpecheri tibi filia ducitur vxor,
 Tanto digna viro filia, digna patre.
 Et pariter magnus te amat Holzpecherus & illam,
 Quisq; illi pater est, & pater ille tibi est.
 Hu desiderium amissi tibi luxubre fratru
 Leniet, amissa coniugis illa tibi.
 Fallor: an & vestro ex gremio sanctoq; cubili
 Mox noua Monauia surget origo uomus?
 Quotq; annos prima luxisti fata marito,
 Tot tibi Monauios altera nupta feret.
 I nunc, & veteres thalamos, & funera luge,
 Anna quod ablatum est reddidit omne tibi.

Nicolaus Rhedinger à Strisa.

I I S D E M.

Fere post duo lustra, quis iacere,
 Monau, in viduo thoro solebas,
 Iam tandem sociam alteram laborum
 Curarum comitem, precumq; vita
 Solamen, merito atq; iure quaris.
 Eant nunc veteres, noui & Sophistæ,
 Vxoremq; piam, probam, pudicam
 Somnient studijs viri nocere.
 Doctus Monauius, secundus æui
 Nostri Plinius, alter atq; Varro,
 Qui scribitq; legitq; plura solus,
 Quam multi faciant simul Sophistæ,
 Hæc commenta suo nouus maritus
 Exemplo fati & super refutat.
 Quid restat, nisi vt augurer tibi istas,

Monau

Monau optime, nuptias secundas
 Felices fore, te diu quieto
 Victurumq; animo esse? Namq; si tu
 Vixisti duo lustra, cum tui plus
 Parte dimidia ipsius careres,
 Quot iam lustra, Deo fauente viues
 Parte dimidia tui recepta.

Volradus à Plessen Megalb.
 Basilea f.

I I S D E M.

ODE CONIVGALIS.

Ordo, quem posuit Deus.
 Seruandi è nihilo condita, me iubet.
 Atq; humana necessitas,
 Incisis animum reddere amoribus.
 Holtzenbecheriæ fides
 Me vrit, ceu facies nati Hyperione.
 Me dulcis pudor & decor
 Vrit, spesq; piæ læta propaginis.
 In me tota ruens Venus
 Mutauit viduum candida lectulum,
 Et terfit lacrymas genis
 Largum iam duo per lustra fluentibus.
 Heic aram mihi viuadam,
 Heic ensen, pueri, ohe, ancipitem sacri
 Verbi ponite: lenius
 Cedit coniugium, si hostia coniuges.

Ioannes Esych D.

X

ODE

O D E A L I A.

Rectius viues, Monai, nec vsquam
Coniugem vrgendo lacrymis priorem,
Nec maritata nimis abnuendo

Gaudia vitæ.

Aureum qui connubiale fœdus
Deligit, felix caret exoleti
Sordibus lecti, caret & pudendo

Tutus amore.

Sæpius curis agitur, æuum
Quisquis improlis viduum peregit,
In suo cernit sua cum perire

Funere cuncta.

Gaudet infestæ sociam & secundæ
Intuens sortis bene coniugatum
Pectus: inducens hyemes iniquas

Iupiter: idem

Summonet, non si cito prima, & ista
Sic erit, tandem placido reuifit
Te Deus vultu, neq; semper vni

Fata minantur.

Qui tibi rebus Deus ante in arctis
Adfuit, nauis moderator idem
Nunc tuz vento repleat secundo

Turgida vela.

Simon Vlrich H. F. Pistorii.

EIVSDEM ODE VEL potius

PARODIA ALTERA.

Mon. Donec carus ero tibi,
Nec quisquam potior te trahet in sua

Abdu-

Abductum mihi, iura, amor,
Viua regifica sorte beator.

Sponsa. Donec non aliam magis
Ardebis, thalamo meq; fones tuo:
Castis semper amoribus
Viua Dulichia coniuge clarior.

Mon. Me nunc multus amor tuis
Adstrictum valide legibus implicat:
A te non Ego diuidar,
Dum parcet Dominæ fata superstiti.

Sponsa. Me torres face mutua
Addictumq; noua compede detines:
Te grato obsequio colam,
Dum parcent domino fata superstiti:

Mon. Quid si pulcra fanet Venus,
Coniunctosq; iugo cogita æneo,
An nexum excuties meum
Vitæ vt conditio stet tibi liberæ.

Sponsa. Quamquàm sidere pulcrior
Libertas, tamen & dulcia quæ paras
Expertis scio vincula,
Tecum viuere, amo: tecum obeam
libens.

IANI GRVTERI ELEGIA

DVLCAMARA.

Quod Iuno domiduca tui, genitrixq; Dione

Musteâ honestarunt virgine fulcra tori:

Fulcra tori: qua iam per noctem pene bilustrem

Presserat imposito fœmina nulla pede:

X 2

Na

Na multum proprie faueo, percare Monai,
 Hocq, tibi exopto carmine quaq, bona,
 Carmine quod subito expressit tua auata voluntas
 In curu posito diuitijsq, mihi.
 Quippe, Dei cui nil potuere negare, petenti
 Ecquid homo ipse, vilo iure negare queam?
 Felicem ô sane virtute, animoq, cupita
 Cui licitum tandem condicione frui?
 Condizione: omnis pra qua gemma aequoris Indi
 Sordeat, atq, aurum sordeat omne Tagi.
 Sicut enim aurora cæli de carcere vultus
 Ridet, & ambrosio mactat honore solum:
 Haud secus ingenue puera iuuenalis imago
 Desolata bilatas singula membra domus.
 Utq, profanam hycem Chloris Zephyrina relegat,
 Atq, amicis florum multiplici ordine agros.
 Sic, noua nupta maritali thalamo exigit omnes
 Curarum maculas, luctiferosq, situs:
 Gaudiaq, inducit, delensificosq, susurros
 Cumq, lyra cantus, cumq, lepore iocos?
 Felicem ô sane virtute animoq, cupita
 Cui licitum tandem condicione frui.
 Condizione: omnis pra qua victoria belli
 Vileat, & pacis vileat omnis honos.
 Cui hono enim fasces? cui pramia? si tibi tristis
 Stat Venus, & requiem menti animaq, negat?
 Si toto impatiens strato huc versari & illuc,
 Ceu testatum agitent aspera puncta latui?
 Si proba amarescit medijs daps faucibus? & si
 Blenno acet excellens Liberi in ore liquor?

Si,

Si, tanquam Ixion, tete sequerisq, fugiisq,
 Vulturijq, instar cor tibi mandit Amor?
 Felicem ô sano te hac condicione Monai:
 Secula bina Dei quam propriam esse velint.
 Auguror: esse volent. Viden' vi pernice volatu
 Aëra Cynorum par gentiale secet?
 Scilicet hos veluti nunc iunctos proxime, in eum
 Mutuum alterni nutrit amoru amor.
 Sic tu praesto Anna, tibi sic quoq, praesto erit Anna,
 Vnica & vsq, fides mensq, duobus erit.
 Scilicet hi veluti penna est magis alba, recenter
 Per brumam, Boreas quam vomit ille niue:
 Sic utriusq, pio regnabit pectore candor,
 Oris honorati nec minus hospes erit.
 Scilicet, hi veluti, spirante Fauonio, amicum
 Integrant lingua strenuiore melos:
 Sic vobis inter risuq, atq, oscula, Sortis
 Spiritus afflabit prospera cuncta Dea.
 Scilicet, hi veluti flumitorum in margine ponunt
 Oua cicuticini, perpetuantq, genus:
 Sic incumbetis soboli, graphica arte, parentum
 In quo cognosci forma vigorq, queat.
 Fallor? an hoc ipso nascetur masculus anno,
 Ingenijq, heres, iudicijq, patris?
 Fallor? an vndecimo mox mense deinde sequetur
 Filia, materno pulchrior ore magis?
 Filia, qua signum non sit perfectius vllum
 Praxitelis quondam quod poliere manus?
 Filia: cui cedant Diue, quas viderat Ilius
 Tegmina in Ida ponere monte Paris

X 3

Filia

Filia: ad exemplum Harmosynes formata Deum? cheu
 Quam quoq; nunc cuperem dicere posse mea.
 Turbida fata vetant, colorumq; inuidia, ipsam
 Ante suum longè quæ rapuere diem.
 Sic modo quæ volucris cunus exibat Aëdon,
 Ausq; erat pennas credere velle Notus,
 Accipitru prædone intercepta vngue seueram
 Perfert, rostro auido excarnificata, necem.
 Sic, vbi vix pandit beneolentis frondium honores
 Agricola, inuasus flos tenerè vngue perit:
 Flos: quo nil mage formosum, fragransq; corollis
 Naiades poterant implicuisse suu.
 Harmosyne, ah mea? Harmosyne ah? hinc ergo, tibi
 Sextus ab undecimo quam prius annus, abis? (actus
 Hinc fugis ergo procul? tecumq; etiam illicet, heu, heu.
 Dimidia vna anima fers quoq; iura mea?
 Ah, ha? dimidium non tu mihi tantum anima: vna
 Totius aëst anima tecum elementa rapis.
 Ipsaq; ego exanimus tantummodo vestro cadauer,
 Quod fleat, in Sipylo ceu Niobæa flix.
 Ter tamen, ô præ me felix Amphionis vxor?
 Flens quamuis, sensu protinus orba mali est.
 At dum anime, cordiq; vicem, mihi pectus amoris
 Harmosyne ô, vegetat viuida flumina tui:
 Nullo tantillum sensu minor, vsq; quirito
 Vsq; incuso feri scita maligna Iouis.
 Præ quouis me igitur miserum, qui viuuit, homullo?
 Præ quouisq; animam qui minus ager agit?
 Sic siquidem in vita morior, in morte ita viuo,
 Viuere vti neq; sit, sit neq; posse mori.

Harmo-

Harmosyne, ah mea? Harmosyne ah sperata mea? erga
 Non vno tecum sub tumulo ipse regor?
 Atqui, hand nobilius poteram recubare, tametsi
 Vrina mihi è solido facta Adamanto foret:
 Maximaq; obryzo monumenta darentur ab auro,
 Gemma rubri variet quod numerosa mariu.
 Nam quocunq; iaces sub marmore condita, ibidem
 Harmosyne, pariter frigida Athena iacet.
 Mortuag; Idalijs obruitur regina, cliente
 Quam circum Charites nocte dieq; gemunt.
 Quam circum plangunt ter lamentabile Amores
 Ah laceraq; alii, ah laceraq; comu.
 Ha pueri, ha Nymphæ, longum lugete. Diona
 Nam duplex, duplex namq; Minerua iacet.
 Lugete: & saltem ha fletu altum explete dolorem:
 Huic, satù esse, acies si modo bina potest.
 Certè, ego Aristorida caput ô vti nam vicerer Argi,
 Lumina cui quondam dena fuere decem,
 Harmosynes oculis totidem impia funera plorem,
 Haud lacrymarum vnquam deficiente penu.
 Harmosyne, ah, mea? Harmosyne ah, dulcissima rerum
 Non saltem licuit præsto tum adesse tibi,
 Cum non rursus illud nature imitabile vultus
 Omne decus, cleperet Mortæ inimica manus?
 Tunc, heu, Sarmatia peragrabam frigida resqua,
 Ex nulla metuens, lux mea, parte tibi.
 Corporis æquis enim, atq; animi immortalia dona,
 Cederet ista, vilo tempore posse mori.
 Equis enim? sed iam hærescit mihi lingua palato,
 Et singultanti desit in ore sonor.

X

4

Ha

*Hæolor, hæ Philomela istos assumite questus.
 Harmolynesq; meâ plangite fata vice.
 Tuq; adeo aspices leuisomna querentibus Echo,
 Et satages totos posse referre modos.
 Vos quoq; diuiduum cum ipsis facite ô mei Amici,
 Europe per quos non inhonora plaga est.
 Inprimis tu nunc Mose nouus accola Sufi,
 Sufi ingens Peithus ac Sapiencia amos?
 Tuq; poetifici mere Apollinis optio, Doufa,
 Tuq; potens iusta Magne Denelle Dea.
 Tuq; augusta sacra Vranios, Montane columna,
 Tuq; Rogersi opulens Aegifone ardor bere.
 Nec non, tu Lipsi, mea quo olim Belgica maius
 Non aliquando tulit, non aliquando feret,
 Nec non, tu Ortels, mensorum gloria, quotquot
 Sol alibi moriens exoriensue videt.
 Tum tu Phæbigena medici puta adorea Posthi,
 Regificuq; idem Mnemosidum ille lepos.
 Tum tu, cor Veneris, Charitumq; medulla Melisse,
 O mea ô exemplar, religioq; fidu.
 Verum olim, nam dehinc, præter plorare relictum
 Nil misero quicquam tempus in omne mihi est.
 Heu fleo? iamq; notas male charta obliterat vnda,
 Quæ de fronte velut fonte perenne, cadit.
 Heu fleo? tute Monavi, impense ignoscito flenti.
 Sic cur flere queas det tibi nulla dies.
 Quanguam ô, si, nisi qui nulli colluget Amico
 Nemo beatus erit: Nemo beatus erit.*

Ian. Gruterus.

ΓΑΜΙΚΗ ΠΡΟΣ ΝΥΜΦΙΟΝ
ΕΥΧΗ.

*Sponse nouem menses tibi vix prius esse maritam,
 Verum annos viduum contigit esse nouem.
 Sat cineri factum, pensauit menstrua, luctu
 Annorum equali gaudia cuius amor:
 Ergo fas pullas tandem deponere vestes:
 Aptior est humeris purpura picta tuis:
 Non quia te veteris capiant obliuia flamma,
 Sius Solemneo laueris amne caput:
 Anna sed in partem veniens noua Sponsa Susanna
 Quod renouat tectas igne recente faces.
 Scilicet hac veluti defunctam nomine, amore
 Sic etiam ore probor, regq; fideq; refert.
 Siste tuas igitur vir præstantissime curas:
 Lectus ab integro nam genitalis adest:
 Alba serenatos producens Cynibia soles
 Nubila ceu radijs discutit atra suis.
 Aemula candidula sic Nupta nouella Diane
 Expellet viduo quaq; sinistra thoro.
 Et tibi IOVA BONVS vere est inuentus AMICVS,
 Qui planam dedit ad vota secunda viam.
 Fit bene, fit subito, fieri quod præuidet IPSE,
 Spem præter capis hinc, quam cupis absq; mora:
 Non farre, Empto, vsu, bene coniunguntur amantes,
 Nî liget vnanimi fœdere corda Deus:
 Fidere Sponse decet porro: Res certa, Quod idem
 Qui bene cepit opus, rite beabit opus.
 Scilicet amplexu, Benedictio larga Tonantis
 Vos propiore fouens, mitia fata feret:*

Et dignam vestro producer sanguine prolem,
 Cætus membra pijs, germina vincta poli:
 Talibus o felix, pharetram quicunque sagittis
 Instructam dño munere gestat homo.
 Sit tibi Sponse BONVS: sit sic IOVA semper AMICVS,
 Vt faustum fausti nominis omen habes:
 Tum tua posteritas seros florebit in annos,
 Plena fauore hominum, plena fauore Dei.

Sebastian Hoffman.

EPIGRAMMA NVPTIALE
 MONAVIO & SYLVIAE.

Lux patriæ, domus, radijs & Apolline dignus,
 Luna, tuo maius nomine lumen habes.
 Luce Luna, venit cui sis velut æthereus Sol
 Silvia, luce tua, suave marita decus.
 Nocturnas miscete faces, miscete diurnas,
 Ne desint sancto lumina, luxq; thoro.
 Ardet & lucet, & flore virete perenni,
 Sentiat Eclipses orbita nulla malas.
 Indigetes dum vos Christus cœlestibus addat,
 Conciues cœli vos faciatq; sui.

Esromus Rudigerus.

Idem germanicè sic.

En werdes Lichte seins Hauß seins Landes
 Wirdet von der Sonnen glantz /
 Vnd ist doch von dem Mond genantz /
 Aber seins Scheins höher bekantz.
 Schein Monde schein: Es kompt die Werdt /
 Der du solst sein ihr Sonn auff Erdt.

Ben

Bei Nacht / bei Tag / leuchte ewrer Schein /
 Das Hauß bleib in den Würden sein.
 Scheint / leuchte / vnd grünet für vnd für /
 Kein Finsternuß bey euch man spür:
 Wiß euch Christus / die lieben sein
 Auffnehmt zu sich in Himmel rein.

IN EASDEM NVPTIAS.

Vno fata modo, castos & sine maritos:
 Sorto sed, ac duo dispare saepe ligant.
 Annis hic ducit iuuenilibus: ille viriles
 Dat thalamos: nupta iungitur ille senex.
 Atq; ter denique stas me sexta iugavit:
 Sexta coniugij messe beatus ago.
 Nupta sed (o quantum luctu testantur amorem)
 Est hyemes viduo iam tibi fleta nouem.
 Virgo tibi longos, sed nunc leuat Anna dolores:
 Me viduata viro legit vt Anna virum.
 Dornigera docuit fata me cognomine gentis:
 Dumis haud thalamum posse carere suis.
 Prolem iam teneram, pungit iam spina parentes:
 Aut leuis elanguens mors volat ante pedes.
 Tristia nam letis subeunt: & amaror amori
 It comes: insequitur corpus vt vmbra suum.
 Anna sed vt praeferat mea mi, quem gestat amorem
 Nomine: delictum sic sit & Anna tuum.
 Riuus & vmbra ferus veluti preteritur vltim,
 Diues & ad Viadrum fronde viring, nemus:
 Sic (Holzpacheridum quod fert cognomine) nymphe
 Ambiat & mensam prole beata tuam.

Nam

*Nam si prole torum viuet: est & amabili vxor:
Qua sit cunq; domi fors, sit amore leui.*

Georg. Calaminus.

IN EASDEM EIVSDEM
IAMBI PVRI.

Quid audio, Iacobe mi? quid hoc noui,
Amabo te, quid audio?
Amore tandem, amore victus es pio?
Secunda more fax tibi
Vt antecedit: ac iugalis ad tori
Sit illa dux sacrarium?
Frequenter ô mihi, bonisq; nuncia
Ea expetita plurimis?
Viro cor exilire ceu solet bono:
Profectione longius
Domo remotus aura cum sonos bibit;
Suos salute perfrui
Nouare iura te verenda sit tori
Iacobe lætor intime:
Amica famæ vt aura transuolans iuga
Boemia ad Istridas venit.
Sed oro, fata post suprema Coniugis,
Spei tuæ & leuaminis;
Quid, oro. lustrate coëgit ad duo
Toro iacere frigido?
Cubile nî fores moratus æmulum
Prioris, & cupidines:
Domi corona liberorum amabilis
Venustiorum obambulet:

Patriq;

Patriq; fortè blanda figat oscula:
Et apta collo inhæreat.
Vacare prole iam vides pia lares:
Columna quæis sit & decus.
Nouemne deditus nimis sororibus,
Vacasti amoribus minus?
Libros es ausus anteferre liberis:
Amiculæue Coniugi?
Parit perenne Musa nomen: & bonas
Fouere literas decet:
Quod vnicum facis, Iacobe, mutuo
Calens amore Thespidum.
Nec impediri amoribus Deas licet;
Cupidiniue cedere.
Venus gradu iugata sed pari tamen,
Ferantur & Citherides.
Pudica namq; vita. Coniugalium
Et est beata fœderum:
Iehoua quando iura pronubus quidem
Pijs dedit iugalibus.
Sed ille, cuncta lege temperans sua,
Rotansq; temporum Vices;
Bonumq; præuidens, malumq; præcauens,
Moratus ipse te fuit.
Fauente namq; rege Cœlitum datur
Inire matrimonia.
Cito & satis fit omne, quod satis bene
Fit à potente numine.
Et ille fratris vltimus tui dies,
Dies nimis sed hei citus?

Redi-

Redire suadet, orat, vrget, increpat.
 Ad illa te tori iuga:
 Vt excites piam Deo propaginem,
 Genusq; fulcias tuum.
 Studere namq; nomini decet bonos:
 Et hoc fouere liberis.
 Parentis estq; pius columna filius:
 Perennat inde stirps virum.
 Parentis estq; morte quem relinquere:
 Sit ore qui Dei tuba:
 Celebret ac suprema laude numina:
 Sequantur inde quem boni:
 Cubilis ergo iura sunt facerrima
 Tibi, tuisq; prospera,
 Iacobe: vitis instar atq; fertilis
 Marita prole germinet.
 Duos amore vos pudico amabiles
 Vt vniere Gratia:
 Perenne sic amoris esto vinculum:
 Vacetq; vita litibus:
 Tuum suauiore sic vt osculo
 Deosculere suauium.
 Amica vos tegat fides: & excubet,
 Laresq; sospitet salus.
 Idopto mente, mi Iacobe, qua mihi
 Precor bene, atq; te colo.
 Ethac, amice scribo, bellulum patri
 Mea vt mihi Anna filium
 Marita partu amica dat Georgium.
 Sit omen opto candidum,

Venustus vt tibi Iacobulus patri
 Videre detur, ac pius.

AD EVNDEM: DVO ANA-
 GRAMMATA EX NOMINE
 COLLECTA.

IACOBVS MONAVIVS VRATISLAVIENSIS.
 I.

SALVO VITA SVAVIS CVM BONA SINE IRIS.
 SALVO VITA viro SVAVIS SINE tristibus IRIS,
 CVM consorte BONA si modo vita fluat.
 Nupta sit, opto, tibi mera, mi Iacobe, voluptas,
 Coniuge cum dura, nam male vita venit.

II.

O SVAVIS LAVS, VITA CVM BONIS
 SINE IRA.

Quando BONIS CVM VITA viri IRA SINE perstat,
 LAVS hac o vere SVAVIS amicitia.
 Matur amicitia quia nil, neq; dulcius vna:
 Quam Deus ac virtus intemerata parit.
 Te manet, ac solum prope, laus hac, namq; Monavi es
 Candidus, aut potius candor amicitia.

G. L.

ΕΠΗΜΙΑ ΓΑΜΙΚΗ.

Vt illa tristis est dies,
 Cui Sol iubar negat suum;

Nec

Nec illa nox minus polo
Qua nulla fulgent sydera:

Sic tristis est domus, pijs
Ornata ni sit liberis,
Torusq; tristis haud minus
Fida viduatus compare.

Hoc te, vir ô clarissime,
Deo & pijs carissime,
Imo recessu pectoris
Non ambigo perpendere.

Menses maritus eras nouem,
Viduus dein menses nouem
O misera compensatio
Pro mense mensem reddere?

Prius quod ergo denuo
Subire iam paras iugum,
Quod ordinem Sanctum Dei
Magni æstimes, sat comprobas.

Hinc ergo gratulatio
Tibi locis de plurimis
In quæis amicos possides,
Animo sereno mittitur.

An ista, quæ è Scepusio
Offeritur inter cæteras,
Habere debeat locum,
Tu iudicabis optime.

Si frigidior videbitur,
Hoc quæso tecum cogita,
Quod nata sit sub Carpatho,
Nunquam niues quem deferunt.

Sed

Sed qualis illa 'cunq; sit,
Modo monstret his etiam locis,
Atrox quibus Turca imminet,
Non deesse qui te diligant.

Quod restat, vnice precor
Bene cuncta qui facit Deum,
Vt quas secundo contrahis,
Faciât secundas nuptias.

Sic optima cum compare,
Sic stirpe cum Monauia,
Iehoua quam bonus augeat,
Ipsum celebres perpetim.

Sebastian. Ambros.

IN EASDEM NVPTIAS.

*Luna nouum nouies implerat cornibus orbem,
Mors vite sociam cum tibi seua tulit.*

*Te nouies adiit gelidam post frigore brumam
Cynthus, & totidem scandit ad astra poli.*

*Tempore tam longo planxisti fata marite,
Et desolati frigida regna thori.*

*At rursum agnoscis veteris vestigia flammæ,
Ignibus & blandus pectora torret Amor.*

*Vincula coniugij nectis mihi care Monauia,
Et venit in thalamos nunc noua nupta tuos.*

*Sit tibi loua bonus, felix atq; athere tædæ
Annuat inceptis, gaudia multa ferens.*

*Vtq; nouem nouies viuas cum coniuge, saluos
Expediat menses & sine nube dies,*

T

Damna

*Damna tibi primi sic accelerata rependes :
 Is faustum numerus nam sacer omen habet.
 Omen confirmet Christus, qui cuncta gubernat,
 Atq; sinat nostras pondus habere preces.*

Adamus Curæus I. V. D.

IN E A S D E M.

*Bella parant alij: sumit quoq; Monauus arma,
 Illi Martus amant: hic tua signa Venus.
 Bella feros illi contra hostes horrida tentant,
 Bella sed hunc contra bella puella parat.
 Anceps est illi pugna alea: certa trophæa,
 Blanda sed huic miti spondet ab hoste Venus.
 Cum tamen & lepidus indas tua colla lacertis,
 Victor es an victus Monaue clare? rogo.*

Petrus Roth Med. D.

A L I V D.

*Cuncta secunda ferat torus alter: sitq; secundus:
 Praestet opem: praestet gaudia: praestet opes.
 Sit sanum corpus: sint anni, longaq; vita:
 Sint honor & lati pignora multa tori.
 Addat & æternum Christi tibi gratia vitam:
 Nunc dic Sponse mihi, quid tibi deficiet?*

Petrus Titus Bethan.

A L I V D.

*Ludit in humani cæli sapientia rebus,
 Tristibus & latis dans variansq; vices,*

Non

*Non finit ad nostrum semper res cedere votum,
 Ne fileat demito cura timore precum.
 Nec finit assiduus animos tabescere curis,
 Ne fremitu peccent deficiente fide.
 Sic nox atra diem tenebris inuoluit opacis,
 Sol ubi luciferos vespere condit equos:
 Mox eadem cedit fugiens, ubi Cynthia orbi
 Mane redux nuido fundit ab axe iubar.
 Sic ubi tempestas defauit horrida cæli,
 Aura serenato ridet amana polo.
 Sæpe quis in seram duxit suspiria noctem,
 Latior exorto sed fuit hora die.
 Has quoties afflictæ vices Ecclesia sentit?
 Siue foris capiat vulnera, siue domi.
 Sæpe graues inter nutat Respublica clades,
 Amissum recipit sed rediuiua decus.
 Sæpe quis in viduo sua deflens gaudia lecto,
 Turtur ut amissa compare triste gemit:
 Post miserata iuges lacrymas hunc fata secundis
 Exhilarant thalamis atq; vigore nouo.
 Inuida sustulerat tristi mors funere Saram,
 Thariades vacuo fletq; gemitq; thoro.
 Post sibi coniugij reperito iure Cethuram
 Iungit, & augetur prole recente senex.
 Te quoq; tam fama celebris quam nobilis arte,
 Inter honoratos clarus in orbe viros,
 Monaui, chara priuatus coniugis usu
 Luxisti viduus gaudia prima diu.
 Per varios rerum casus, sortemq; piorum
 Dum versas animum, durasq; multa vides:*

T 2

Nunc

Nunc sat agente Deo curasq; leuante molestas
 Rursus inis castis sedus amicitiae.
 Ceu, quae pressa diu latuit sub puluere vitis
 Eruta, se viridi palmite vestit, humo.
 Aut truncata suus, non mortua, frondibus arbor
 Infrutitione nouae germina stirpis habet.
 Hanc tibi sinceri fortem gratantur amici,
 Optantes thalamo fata secunda tuo.
 Sic Deus afflictus infert solatia rebus.
 Tarda Dei grates sic habet hora vices.
 Viue Deus patria: Musarum gloria viue,
 Sitq; secunda tibi Sponsa secunda. Vale.

Matth. Mencilius.

Epithalamia in has nuptias scripta & edita à D. Caspa-
 ro Peucero, VV. Amlingo, G. Berfmanno, N. Chytræo,
 Mich. Neandro, L. Rhodomanno, V. Acidalio, M.
 Dressero, D. Bucretio, H. Meibomio,
 & alijs multis, extant alibi.



CARMINA AMI- CORVM IN OBITVM

CHRISTIANI MONAVII, QUI FUIT
 Filius primogenitus ex secundis nuptijs
 IACOBI MONAVII.

Tristis erat, maestasq; graues sub corde premebat
 Amisso, curas, Tros, Ganymede, pater,

Ille

Ille Iouis superis illatus ab alite tellis,
 Nectare & Ambrosia se satiabat ouans.
 Interea frustra opplebat latratibus auras
 Vallibus Idæi turba relicta canum:
 Conditor Iliados sic olim finxit Homerus:
 A studijs eradens non aliena sacris.
 Insons nempe Deo, incorruptaq; vita probatur,
 Vultq; animi pura simplicitate coli.
 Idcirco teneram aetatem plus diligit, ut quæ
 Nescia fraudis adhuc, & solet esse doli.
 Filius ipse Dei cum versaretur in orbe,
 Complexu fouit membra pusilla suo,
 Et pueros semper propius sibi iungere iussit,
 Afferuitq; illis regna beata patris.
 Sidera nunc etiam quamuis super alta leuatus
 Attrahit ad sese corda tenella lubens.
 Sed quibus aut medijs, vel qua ratione modog?
 Alite num Iouis, aut Bellerophontis equo?
 Non equidem: sed enim per mortem transitus illuc,
 Perq; pios obitus semita sola patet.
 Tunc animas vinctis exutas corporis huius
 Angelica tollunt celsa sub astra manus.
 Hanc metam assequitur citius quo quig, beatus
 Hoc magis est: fatum muneri instar habet.
 Exemplum adducit Cleobis Bitonug, vetustas
 Ethnica, sed melius pagina sacra docet.
 Et quia cura poli raro nunc tangit adultos,
 Agmine cum tenero iure Iehoua replet.
 Quid vero miseri facimus, qui talia scimus,
 Pignora si quando paruula morte cadunt?

T 3

Moro

More canum irasti oblatramus cunctipotenti,
 Quodq; bonum nostris, credimus esse malum.
 Ceu pater is non sit, qui nominis eius honorem
 Indulget nobis, quem prior Ipse tenet.
 Omnia cui cedunt, diuino cedere Amori
 Postea sub astrifero quelibet axe decet.
 Tu quoq; fac monitis intendens talibus aurem,
 Attenues luctum, docte Iacobe, tuum.
 Ah grauis est (fateor) res, & dolor arduus, ipsum
 Sese in dilecto cernere corde mori.
 Attamen anxietas etiam tam iusta ferenda,
 Speq; venit sanctis & superanda fide:
 Esso memor voti, quem luges morte peremptum
 Filiolum, Christo (scis) fuit ille sacer.
 Hinc & Christiada praeclarum est nomen adeptus,
 Quando salutifero lotus in amne fuit.
 Praeterea vult primitias sibi IOVA dicatas,
 Primitias tulit hinc seminis Ipse tui:
 Pignora sunt domini munus: si quando reposcis
 Ista, nihil prater fasq; piusq; facit.
 Sic tamen, ah, columnen stirpis maturus aquo
 Certe (au) eripuit mors properata mihi:
 Sed nihil est immaturum, quod numinis almi
 Maturo fieri cernimus arbitrio.
 Adde quod hora necis subita, testatur abunde
 Prae multis alijs Hunc placuisse Deo.
 Ergo voluntati diuinae ne videaris
 Velle oblectari more modog; canis:
 Siste tuos fletus, & Natum sede receptam
 Aciberea, votis prosequere, haud lacrymis.

Vota

Vota mouent superos: lacryma funduntur inanes,
 Si precib; ardentibus destituantur ope.
 Quare age tende manus, ora: spem concipe firmam,
 Mox iterum auerter fata sinistra Deus:
 Et viuace magis letum te prole beabit,
 Sufficiens domui fulcra nouella tue:
 Ipse tua, pulsa ferrugine rursus & vmbra,
 Implebit Luna cornua luce noua:
 Ipse vices duras & tristia damna leuabit,
 Proq; breui luctu gaudia longa feret.
 Scilicet in melius cedunt his, aspera quamuis,
 Cuncta, sciunt Domini qui tolerare iugum.

Sebastian Hoffman.

A L I V D.

Christiaden Monauo tenerum monstrauit, eumq;
 Mox Paradisiacos Dominus retraxit in hortos:
 Non secus ac de calo vnâ quoq; diceret illi:
 Hic vera est patria: hic rerum politeuma piorum,
 Non illo in paruo & prauo, quem tu incolis, orbe.
 Huc igitur studio vt mîiori promptus anheles:
 Iamdudum tibi (qua multos in limine mortis
 Ceu retrahunt) en prapipui matremq; patremq;
 Mox etiam vxorem & fratrem: nunc subtraho prisca
 Spem gentis pene extinctae, columenq; tenellum
 Christiaden, spreto vt miseri politeumate mundi
 Cum desiderio, & studio maiore sequare hac
 Pignora deliciasq; tuas, vestigia eorum
 Cum quandog; teres, adiens meliora relictis:
 Et repetens ea qua propter tam mundus amatur:

r 4

Si

*Sic capū hoc, sapi: & facile hos in gaudia luctus
Verteris: & cum prolubio sublimis adibus:
Quo nihil in vita hac homini contingere maius
Nobiliusue potest. Verè sic itur ad astra.*

Nathan Chytræus.

DEFUNCTVS IPSE
LOQVITVR.

Sol vitæ, genitorq; lucis, ipse
Lux mera, & mera vita, lucis à se
Et vitæ dederat mihi nitorem:
Et sparsum radijs suis, nouam me
Gentis nomine Lumulam vetustæ
Fecerat sibi, miseratq; terris
Fulgere in decus æmulum parentum.
Fulsi lumine splendido parumper
In patris decus, in decusq; matris,
Æmulus patris, æmulusq; matris,
Huic lux vitæq; vita luxq; & illi.
Gratus omnibus, omnibus suavis,
Queis fulgor meus hic, nitorq; visus.
Sed me lumine non meo micantem
Auctor luminis vt repente mislum
Terris intulerat, repente rursus
Terris abstulit: inq; puriorem
Lucem transtulit: & sibi propinquum
Plus haurire dedit sui nitoris
Ipso è fonte perennis ignis, & iam
Inter fiderei faces olympi
Accendit radio serenior.
Hic iam splendo Lunula innouata

Con-

Constantis fidei nouella Luna,
Æternum & liquidâ micabo flammâ
Sidus fidere purius Dianæ,
Orbis clarior igneo orbe Phœbi.
Extinctum malè ne putes abisse
Tu tristis pater, atq; mœsta mater,
Nunc iam luceo, nuncq; viuo demum
Ipsa in lucis origine atq; vitæ.
Hic & vos diuturniora terris
Astra, perpetua astra deinde cœlo
Expecto, & maneo diem dierum,
Quo nos luminis auctor ille nostri
Sol noster, socias locum hunc sub vnum
Conductis radijs, paresq; luce
Concordi faciet nitere stellas,
Cœlum vt pluribus impleat sibi astris,
Semet pluribus & coronet astris.

Valens Acidalius D.

EPI T A P H I V M.

Hic CHRISTIANVS Iacobi MONAUIVS

Proles tenella dormio.

Mundi theatrum immundum vix tetigi: cito

Ingressus, egressus cito.

Dicamne, Veni, Vidi, Vici ego puer:

Quidni? Triumpho in athere.

Salomon Frenzelius.

A L I V D.

Hic iacet ille patriæ spes ac vis prima Monai:

Eheu quo nato fidere filiulus.

Y S

Nam

Nam longum vegetis spondet dum viribus auum:
 Et prope diuinum spargit ab ore decus:
 Hei miser in primo cadit infans limine vita,
 Flos ut luxurians falce veligne perit.
 Sidera sed valere nihil. Deus arbiter annos
 Prorogat huic: illi prouidus anticipat.
 Et nihil est nos velle. Deus regit omnia liber:
 Et felix, pueri qui pius instar obit.

Georg. Calaminus.

CHRISTIANVS MONAVV
 LOQVITVR.

Sic igitur tantos superavi morte triumphos
 Paruulus & nullis innixus viribus Infans?
 Cedite vos, quos Graia tulit, quos Itala tellus,
 Magnanimi Herôes, quibus illa ad premia laudum
 Longa dies opus, & multum fuit vsq; laboris.
 Clauiger Alcides cedat, quem territus orbis
 Nunc hac, nunc illac, non vna in pralia traxit:
 Fixerit aripedem ceruam licet, aut Erymanthi
 Placarit nemora, & Lernam tremefecerit arcu.
 Occidit Argolicis infelix Troia ruinis,
 Distulit has decimum tamen ingens Hector in annum.
 Pellam totum iuuenis deuicerit orbem
 Accelerans arma, arma: Tamen dum talia sunt,
 Iam caua bisse nas ruperunt horrea messes.
 Multa dies abiit, Caesar dum magnus ad altum
 Fulminat Euphraten bello, victorq; volentes
 Per populos dat iura, viamq; adfectat olympo.
 At Ego (tu dederas, cuius de nomine nomen
 Chryste tuli) ingentes mundi, orciq; tumultus

Horri

Horribilesq; minas, iam iamq; instantia castra
 Ut veni, ut vidi, ut facili certamine vici.
 Ite triumphales circum mea tempora lauri,
 Tempora flexilibus mature ornanda corollis:
 Nec Ausonios, Graiosue horrescite fasces.

A L I V D.

VENI paruulus ac tenellus infans
 In mundi latebras tenebricosi.
 VIDI paruulus ac tenellus infans
 Aëumnas, gemitusq; lacrymasq;
 Et suspiria tanta, quanta nunquam
 Vincti terribili solent catenâ.
 Luctu promere peruciatori.
 VICI paruulus ac tenellus infans:
 VICI paruulus illa Christianus:
 Mei numina præpotente Christi:
 Ex quo Carceris istius tenebræ,
 Aëumnæ, gemitusq; lacrymæq;
 Aureum in iubar, & serenioris
 Luerunt animi iocos perennes.

A L I V D.

Mors fera, trux orbis, Dis impiger, horridus Orcus,
 Seuior atq; istis omnibus ira Dei.
 Hi tibi Phlegreos spondent sine fine tumultus,
 O homo qui Christi signa Regentis amas.
 Hos ego penè simul veniens vidi vicig;
 O tyrocinij laus animosa mei.

Francisc. Langer. Helmeftadij.

Natus fuerat X. Martij.

Obijt XXI. Martij.

} An. 1591.

VOTVM PRO SA-
LUTE ET INCOLVM-
TATE FRIDERICI MONAVI
SECUNDOGENITI F. EX SECUN-
DIS NVPTIIS IAC. MONAVII.

Gentis inclita spes Monauianæ,
Patris filiule incliti Monavi,
O tenelle puer, tener puelle,
Nunc iam nomine, reque diues olim
Pacis ô Friderice, & ô honoris:
Viue, viue puer, puer tenelle,
Cresce, cresce tener, tener puelle,
Vt sis nomine reque diues olim
Pacis ô Friderice & ô honoris.
Viue, cresce decus Monauiorum,
Subnatus decori Monauiorum.
Hoc optat pater, hocque mater optat,
Hoc sperat simul ille, & illa sperat:
Sed scit patruus, ac videt futurum
Iam fraterculus, in polum recepti,
Pleni numine iam propinquiore
Diuis additi uterque, uterque Diui,
Successore nouo inuicemque læti
Gaudent gaudia mutua, & suis te
Gratantur sobolem hanc, sibi que fratrem hunc
Alter, alter & hunc sibi nepotem;

In

In quo reddita sint recenter orbi,
In se perdita quæ fuere quondam.

Felix augurium hoc, ratum sit omen:
Omen, auguriumue si, vel est si
Oraculum potius. Sit ô sit ipsum
Quodcumque est, liquidum: Sit vsquequaque
Præsentis fidei atque veritatis.

Nec tu falle tuos puer tenelle,
Vanos argue nec tener puelle.
Sed nec fallere tu velis parentes,
Et nec arguere hos queas beatos.
Quin iam nunc properans gradus minutos
Annorum indole præuenire gestis
Sublimi indole mentis ingenique,
Sublimi indole & oris atque morum:
De te plura etiam spei benignæ
Sponsu pollicitus benigniore.

Viue sic bone, sic puelle cresce,
Cresce sic puer optime atque viue,
Suavis pufio, suauium parentum,
Corculum patris, ipsa vita Matris:
Patris filiule incliti Monavi,
Matris filiule inclitæ Holzpecheræ,
Gentis inclita spes Monauianæ.
Sic sis nomine reque diues vsque
Pacis ô Friderice, & ô honoris.

Val. Acidalius D.

IDYLLION.

Hortus in Elysio est formosissimus agrus,
Quem Viader liquidis latius oberrat aquis.

Rege

Rege VVRATISLAVO cepit florescere quondam:

Hinc quoq; Regificum nomen & omen habet.

Ille tot arboribus, plantisq; superbit amœnis,

Sidera quot cælum lucidiora capit.

Has inter primis LVNARIA crevit ab annis,

Suavis odore, vsu grata, decora comis.

Post fato quodam, cum tempore longa propago

Concidit: vna tamen iussa virere Deo est.

Hac quoq; visa fuit dudum sterilefcere multis:

Sed tandem pulchrâ prole beavit agrum.

Nunc ea surgit humo, viresq; acquirit eundo,

Collapsam generi spem reuocatq; suo.

Surgat io, & lato fraternâ in brachia sese

Explicet, accisum restituatq; decus.

Induat in florem sese vigor abditus ante:

Inde renascatur syluula grata Deo.

Serpe serenatum, LVNARIA, serpe per hortum,

Et post ætherio semina sparge solo.

Herba tua est: votum tibi nuncupo iure, Monauî:

Floreat ô thalamo gens rediuiua tuo:

Sit noua stirps veteri, qui nuper deniq; fecit

Te patrem, & faciet post Fridericus Auum.

Nec dubita. In vitam redeunt emortua, florent

Arida: Consurgunt lapsa iubente Deo.

Salomon Frenzelius.

GRATVLATORIVM DE EO-
dem filio FRIDERICO.

Magno nata Tonante, dia Pallas

Vt vidit sine mascula Monauum

Dile-

Dilectum & veterem suum clientem

Prole degere, nominisq; tanti

Hæredem generisq; nullum adesse,

Iunonis properat sacras ad aras,

Et patrem precibus fatigat, ipsam

Vt seruare domum velint Monauî,

Natorum serie vsq; prorogata

Musis, & sibi cæterisq; Diuis:

Illam nam fore maximo deinceps

Cunctis, semper vt ante hac, honori

Sic mortalibus. Annuunt libenter

Iuno & Iuppiter, elegans puellus

Chara è coniuge nascitur Monauo,

Exoptata domus propago auitæ,

Salue, cresce, vale, tui parentis

Et vestigia pertinax ad æqua,

Hinc ad sidera moribus venustis,

Doctrina, ingenio, eloquentiaq;

Et cana pietate nominati.

Sic mortalibus atq; Dijs amicus

Iuxta gratus eris, tuos nepotes

Et sic tu quoq; Friderice, cernes.

Indulgentia numinis supremi

Hac iusti ratione semen auget,

Sustentat, fouet ac beat perenne.

Hieron. Arconatus Vienna M. ixb.

A L I V D.

Salue Pieridum decus Monauî,

Stella de tribus vna ad huc superstes,

Quæ

Quæ scripto referentè Lipsiano,
 Urbis vnus incolæ, corusco
 Totum illum irradiant nitore tractum:
 Salue nobilis atq; pura gemma,
 Quam sibi vnicam, & vnicam inter omnes
 Amicos faciles, graues, piosq;
 Dulces, vnanimes nec infideles,
 Dilectos pariter, quibusq; constat
 Detestatio rebus ex iisdem,
 Noster dicit Auunculus placere:
 Quam sibi quoq; Musa nostra iurat
 Vnicam ante alias placere gemmas,
 Quæ sibi tenerum caput coronant.
 Et vires tribuunt alacriores.
 Et fratres redolent suauiores.

Illa nunc tibi Musa gratulatur
 Leues coniugio adfuisse Nixas,
 Et lunas iterum sereniores
 Cornua exere re elegantiora,
 Nati ob gaudia longa Friderici.
 Dij faciant tuus iste Fridericus,
 Spes & magna domus suæ columna,
 Fratris fata sui minutiora
 Fato vincere queat æquiore.
 Germen floreas hoc Monauiorum,
 Donec frugiferis amœna ramis
 Arbor exeat, & parentis instar,
 Hinc atq; hinc patulam ministret vmbra,
 Quisquis hanc veniens subibit vmbra,

Hæc

Hæc tantum mea Musa. Namq; pacem,
 Quam nomen pueri tui auguratur
 (O nostris redeat diebus illa)
 Vix sperare licet: Furenter obstant
 Tumultus hominum otiosiorum:
 Nos sæcui etiam, quid hæc vel illa
 Portet hora videmus: Inde fraudum
 Machinas Furia struunt suarum.

Quin hæc ponimus in manu Iehouæ
 Potentis Domini. Ipse quod necessum est
 Perfecit, facietq;: Nec queramur,
 Tandem nostra fides aget Triumphos.
 Quantumuis morula ista displicebit:
 Nam lente properat fides probata.

F. Langerus.

Finis Dulcamari.

Hiob. xiiii.

CVNCTIS DIEBUS MILI-
 TIÆ MEÆ EXPECTO DO-
 NEC VENIAT IMMVTATIO
 MEA.

Z

PSAL.

PSAL. CXV.

QVI TIMENT
DOMINVM, SPE-
RENT IN DO-
MINO:

ADIVTOR EO-
RVM & PROTE-
CTOR EORVM
IPSE EST.

346

PARODIAE
VARII GENERIS
ET ARGVMENTI

*ad illam Horatianam : Quem
tu Melpomene semel, &c.*

FACTAE.



Z 2

GE-

GENERE, VIR- TVTIBVS, DOCTRINA,

egregiè Nobilibus

NICOLAO RHEDIGER

à Strisa.

MARTINO SCHILLING.

SEBALDO SAVRMAN

à Sadevvicz, &c.

S. D.



Um primum in luminib^{us}
oras prodirent amicorum de
Symbolo meo scripta carmina:
(quod quando factum fuerit in Epistola
prima dixi:) adiciebam illis quasi au-
ctuarium quoddam in fine, parodias ali-
quot, partim in mei gratiam ab amicis
scriptas, partim in editis libris repertas,
ad unam illam Horatianam: Quem
tu Melpomene: factas. Erant autem
illæ tum pauca numero, quas etiam uni
tibi, Martine Schillinge, affinis carissime,
frater integerrime & compater plurimum
obser-

obseruande, dedicabam. Videbor tibi
nunc consilium mutasse: Ego verò in
sententia maneo: & multò magis in ve-
teri nostra amicitia persto. Sed cum à
tempore primæ editionis accesserint paro-
diæ aliæ, ab amicis ipsis mecum commu-
nicatæ pleraq^{ue} (vix enim una & altera
hîc est, quam in editis libris reperi) puta-
ui tibi etiam adiungendos in hac præsa-
tione amicos plures: attamen communes,
& vinculis multis inter se coniunctos ti-
biq^{ue} deuinctos. Quaeso vos, ò Amicissimi,
accipite in optimam partem quod facio:
& nolite dubitare de recto animo, deq^{ue} sin-
cero in vos amore & studio meo: cuius
hoc volo ^{μνημόσυλον} esse, & ad nostros homi-
nes & ad posteros. Neque verbum id à
vobis contendam pluribus: tantum quod
sit consilium facti mei aperiam, & qui-
dem paulo fusius, quàm ante factum fuit
ostendam. Inter magistros adolescentiæ

mea quos habui in hoc natali solo, viros optimos & optime de me meritos, iure & merito primas defero Martino Heluigio Nisseno, patriæ Chorographo: cuius erat ^o summa pietas, doctrina & prudentia, & qui Spartam suam ornabat eximia fide, diligentia, & dexteritate: qui meum etiam ingenium & iudicium primus formavit, & cui debeo ante alios fundamenta vera & sincera pietatis atq; scientiæ sanctorum, quæ ille sic mihi inculcauit primus, ut adhuc hodie sonent eius voces in meis auribus. Is carissimus & mei amantissimus præceptor meus inter alia quæ in schola prælegebat, etiam Horatianas odas aliquando nobis interpretabatur, & ita quidem, ut in Academia quacumq; nihil posset in ea refieri melius & præclarior: Eas odas audiebam libenter & diligenter: & auditas mandabam memoria, & sepe iubebar de ijs aliquid recitare: nec desij

desij ab illo tempore usq; in hanc diem, illas magnifacere, non tam propter auctoritatem & memoriam præceptoris, quàm propter res ipsas, ætate crescente & iudicio confirmato, penitus à me perspectas & consideratas: Et quidem semper nescio quo modo præ alijs visa mihi fuit maiestatis plena illa quam dixi ode: sumq; confirmator in ea sententia factus, cum deinceps legissem, Magno viro Iulio Cas. Scaligero de hac & quadam alia Horatiana idem videri, adeò quidem, ut illis nec ambrosiam nec nectar dulciora putet, & Pindaricis eas preferat, & earum aut similium haberi auctor, quàm Rex Tarraconensis perhiberi malit. Hinc meum in istam oden studium: Ex hoc collecta, quas videtis, parodiæ, alia, ut dixi, ad me ulterò misse, alia à me collecta: quarum nonnulla habent vera auctorum nomina, quedam non habent: Alia sunt magna
Z 4 imi


imitatione, cura & fide, alia liberius facta:
 Quadam sunt argumenti vel sacri vel
 serij: & ijs quidem me delectari fateor
 imprimis: nonnulla sunt iocosa, non tamen
 scurriles aut petulantes, quarū ideò unam
 & alteram adiunxi vel potius subiunxi
 cateru: ut amara quadam horum tem-
 porum, atq; adeo etiam fortuna mea lento
 risu (ut loquar cum Romana fidicine ly-
 ra) temperarem, omisurus etiā eas ipsas,
 si quem ijs offendi posse putassem. Mise-
 runt amici etiam alias de alijs tum Ho-
 ratij tum Martialis factas: sed non libet
 nunc his addere: imo de his ipsis quæ sunt
 in istam nostram Melpomenæam, ut sic
 dicam, scriptæ, non paucas certo consilio
 plane seposui: & dāda fuit opera, ut non
 cresceret altius quàm vellem opusculum
 nostrum. De reliquis quid opus est ver-
 bis? & cur ad vos utar pluribus? Ha-
 bete vobis ista: Carissimi: ab Eo qui
 ve-

estrūm præ alijs est, fuit, & Deo dante,
 erit amantiſſimus, non saltem donec vi-
 rebunt genua, aut dum in his terris unā
 viuemus: sed etiam usq; in regionem vi-
 uorum. Quantula enim est, obsecro, a-
 micitia illa, quæ tantum in ista viā du-
 rat? & cuius fructus in ea saltem decer-
 pimus? Illic fas est resurgere Troiam?
 Duremus, & eò nos seruemus. Bene, &
 feliciter valete: & sit vobiscum, & cum
 vestris, imò nostris etiam omnibus Dexte-
 ra Domini Dei nostri, qui satis potens est
 ad tuendos eos omnes, qui spes & res suas
 omnes in ipso solo & uno locatas & reli-
 ctas habent: & omnia facere cupiunt in
 ipsius nomine, & ad ipsius gloriam: parati
 ad omnes sanctas voluntates eius. Hac,
 per ipsius gratiam, mens mea: Eadem
 & vestra: IPSE FACIET: Sit Ipsi
 laus & gloria in æternum. Data Ura-
 tislauia, M. D. XCV. M. Ian.

ODE HORATIA-
NA L. 4. O. 3.

*Q*uem tu Melpomene semel
Nascentem placido lumine videris,
Illum non labor Isthmius
Clarabit pugilem, non Equus impiger
Curru ducet Achaico
Victorem, neq; res bellica Delijs
Ornatum folijs ducem,
Quod regum tumidas contuderit mi-
Ostendet Capitolio: (nas,
Sed quæ Tibur aqua fertile perfluunt,
Et spissa nemorum coma,
Fingent Aeolio carmine nobilem.
Roma principis Urbium
Dignatur soboles inter amabiles
Utum ponere me choros:
Et iam dente minus mordeor inuido.
O testudinis aureæ
Dulcem quæ strepitū Pierj temperas:
O mu-

O mutis quoq; piscibus
Donatura cycni, si libeat, sonum.
Totum muneris hoc tui est,
Quod monstror digito pratercuntium.
Romana fidicen lyra:
Quod spiro & placeo, si placeo, tuum
Est.



PARO-

PARODIAE AD HO-
RATIANAM.

I.

Ad S. S. Trinitatem.

Q Vem tu, sancta Trias, semel
Electis hominem connumeraveris,
Illum non trahet aut Caro
Mundusue in vitium, non Satan impiger
Curru ducet aheneo
Captivum, neq; fors aspera durius
Iactatum, folio levi
Si regum tumidas audierit minas,
Ostender trepidum magis.
Sed quæ crimen aquæ sanguine roridæ
Orbis totius eluunt,
Fingent æthereo numine nobilem
Vitæ principis & necis
Dignatur soboles inter amabiles
Cœli ponere me choros,
Et mundana minus gaudia iam moror.
O lux aurea Trinitas,
Quæ mentis tenebras discutis impiæ:
O veram quoq; gentibus
Donatura feris, si libeat, fidem:
Totum muneris hoc tui est,
Quod semen rude, adhuc matris in intimis
Effingor tener Embryo:
Quod nascor, redimor, sanctificor tuum est.

Sebastian Hoffman.

II.

AD EANDEM.

Q Vem tu, summa Trias, semel
Natum salvifico flumine foueris,
Illum non caro blandior
Escatum illecebris pelliciet suis,
Non mundus studio à pio
Auertet: neq; grex Tartaræ domus
Spurcatum scelerum lue,
Quod Virtutis iter liquerit inclytæ,
Regnis adjiciet suis.
Sed quæ fonte fluit Gratia viuido
Et sacri bona fluminis
Fingent cœlis fluo munere diuitem.
IO VAE, principis omnium,
Dignatur soboles inter amabiles
Diuum ponere me choros,
Et iam lætitiæ perfruo aurea.
O quæ sancta Trias, tuo
Claustræ vocis iter numine repparas:
O mutis etiam oribus
Donatura cygni, vt te resonent, sonum:
Totum muneris hoc tui,
Quod scribor numero te venerantium,
Consortis regis olympicæ
Quod viuo atq; imitor te, si imitor, tuum est.

Procopius Lupacius.

AD

III.

AD DEVM OPT. MAX.

Quem tu, summe Deus, semel
 Dignatus fueris lumine patrio,
 Illum nulla necessitas
 Transuersum rapiet: nec licet impigri
 Succumbet Satanæ dolis
 Denictus: neq; res hunc quatient malæ,
 Nec blandæ poterunt magis
 Tentare illecebræ fortia pectora,
 Quasuis apta pati viceis.
 Sed qui sidereo vertice labitur
 Flatus se insinuans pijs,
 Finget perpetuo munere nobilem.
 Grex Christi sacer vndiq;
 Ciues ipse suos inter amabiles
 Gaudet ponere me libens.
 Lotus quippe sacro fonte nouum meis
 Sensi robur in artubus:
 Et iam labe minus tentor ab insitâ.
 O vel cordi adamantino
 Impressure fidem, si libeat, bonam.
 Totum muneris hoc tui est,
 Quod nigris Erebi faucibus erutus,
 Assertus tibi sum pater:
 Quod spiro & placeo: nam placeo: tuum est.

Petrus Monanus D.

AD

IIII.

AD DEVM.

Quem tu, sancte Deus, semel
 Lotum fonte sacro; ritè beaueris:
 Illum non labor improbi
 Turbabit Satanæ, non dolus impigri
 Serpentis varius, truci
 Qui ructat Ilygias ore calumnias.
 Ornatus Domini sui
 Gaudebit meritis, si modo pænitet
 Christo se socians fide,
 Credens quod tumidas contuderit manus
 Mundi principis & Necis,
 Qui clades miseris accumulans modis.
 Talem cælituum chorus
 Dignatur socios inter amabiles
 Vatum ponere mox sacrûm:
 Nè vulgi rabiem sentiat inuidi.
 O flammantia Spiritus
 Sancti munera, quæ Christicolæ beant:
 O duris quoq; cordibus
 Donatura fidei saluifica iubar:
 Totum muneris hoc tui est,
 Quod dicor domini surculus optimi,
 Cæli germen amabile:
 Quod viuo & valeo, si valeo, tuum est.

Bartol. Chrysens D.

AD

IIII.

A D D E V M.

Q Vem tu, magne Deus, semel
 Electum placido pectore amaueris;
 Illum nulla pericula
 • Terrebunt stabilem, non malus impigri
 Subuertet Satanæ dolus
 Victorem, neq; mors hunc fera, Filij
 Assertum meritis tui,
 Qui legis rapidas composuit minas,
 Transmittet stygio lacu.
 Sed qui labitur ex æthere Spiritus
 Per verbum irradians pios,
 Finget siderco munere nobilem.
 Sanctorum ipsa sodalitas
 Dignatur socios inter amabiles
 Cœli ponere me sui,
 Nec iam labe magis perdor ab insitâ.
 O cordis bonus intimi
 Dulcem qui gemitum, mi Deus, accipis:
 O cæcis quoq; gentibus
 Depulsure animi, si libeat, chaos:
 Totum muneris hoc tui est,
 Ereptus numero quod pereuntium
 Sanctis annumeror tuis.
 Quod credo, & placeo (nam placeo) tuū est.

Joach. Smidt.

D E O

VI.

D E O V I T Æ M O R T I S Q V E
A R B I T R O .

Q Vem tu, summe Deus, semel
 Placatus, patrio lumine respicis:
 Illum non Satan improbus
 Euertet, neq; pars parcere nescia
 Horrore afficiet graui;
 Nec mundi miseri subdola vanitas
 Deceptum illecebris suis
 A vero rapiet tramite deuium,
 In prauam scelerum viam:
 Sed quæ perpetuis gratia seculis
 Perdurat tua, iugiter
 Securum statuet rebus in arduis:
 Cætus angelici chori
 Versantem in propria sorte fideliter,
 Sublatum manibus ferent,
 Ne lædat teneros dura filex pedes.
 O qui cuncta regis pater,
 Solus vitæ hominum mortis & arbiter,
 O vitam quoq; putrido
 Donature, tuo tempore, pulueri,
 Totum hoc arbitrij est tui,
 Seu proferre velis, rumpere seu dies.
 Sanus corpore menteq;
 Quod viuo & vigeo, nam vigeo, tuum est.

Sebastian. Ambrosius.

A a

A D

VII.

AD IESVM CHRISTVM,
MVNDI SALVATOREM.

Quem tu, Christe puer, semel
Electum placido lumine videris,
Illum non furor impius
Euertet Satana: non gula, non Venus
Vinclis ducet aheneis
Adstrictum, neq; vis hostica deuum
Et segni sterilem fide,
Ad regum tumidas quæ trepidet minas,
Excludet superum choro.
Sed quam riuus aquæ leniter irrigat
Felix par erit arbori
Aeternum viridi germine fertili.
Cæli principis orbium
Dignata est soboles me inter amabiles
Septi hos ponere furculos,
Et nunc igne minus vexor ab insito.
O qui fluminis hos sacri
Ditas fidereo numine riuulos.
O cordi quoq; saxeo
Donatura hilarem, si libeat, fidem.
Totum muneris hoc tui est,
Quod signor calamo principis alitum,
Horti plantula nobilis.
Quod credo & fidibus te celebros, tuum est.

Nathan Chytraus.

A.D

VIII.

AD CHRISTVM.

Quem tu Christe Deus semel
Nascentem placido numine foueris,
Illum non metus inferum
Euertet; rabida non hominum mina
Recto deijcient gradu,
Captum blanditijs nec Venus improba,
Non conuiuia, nec ioci
Non famæ sitis & cura pecuniæ
Reddent dissimilem sui:
Sed quæ lex Domini dogmata continet,
Et vatum tabulæ sacræ
Accendent studio perpetuo tui.
Rerum conditor optimus
Dignatur miserum me quoq; ciuibus
Regni adscribere cœlitum,
Et iam regna minus curo fugacia.
O desiderium tui
Quantum Christe meo pectore concitas:
O duris quoq; cautibus
Cor ficture, velis si modo, cereum:
Totum muneris hoc tui est,
Vitam reddideris quod mihi perditio:
Mente & sensibus integris
Quod spirans, hilare perfruor est tuum.

Lamb. Lud. Pithopæus.

Aa 2

PETRVS

IX.

PETRVS POENITENS.

Quem tu, Christe Deus, semel
 Peccantem placido lumine videris:
 Illum non timor anxius
 Euertet trepidum, nec sibi conscia
 Mens quamuis sceleris rea
 Turbabit, tumidi nec Satanæ minæ
 Motum deijcient gradu;
 Quod summi toties læserit, hei miser,
 Leges iuræq; numinis.
 Sed quod sacra pijs pagina dictitat
 Verbum, credula & huic fides
 Nutantem validis viribus erigent.
 Cætus principis omnium
 Dignatur pia gens inter amabileis
 Ciueis me quoq; ponere,
 Et iam culpa minus me mala sauciat.
 O, qui per nemora auia
 Errantem pecudem Christe recolligis,
 O quemuis quoq; perditum
 Erepture neci, si libeat, graui,
 Totum muneris hoc tui est:
 Quod commissa prius crimina pœnitens
 Agnosco, & veniam peto.
 Quod viuo & placeo: ceu placeo, tuum est.

Petrus Monachum D.

Quem

X.

Quem tu, Christe, Petrum semel
 Periurum placido lumine videras:
 Illum non pavor insitus
 Strauit seminecem: nec auis impigra
 Cantu duplici ter reum
 Proclamauit: Auis nuncia iam nouæ
 Lucis, quæ fluit ex Deo:
 Non Malchi tumidas quòd domuit minas,
 Christo fecit amabilem:
 Sed quæ flentis aquæ feruidulæ ruunt,
 Et fundata fides Hero,
 Petrum conciliant crimine nobilem,
 Cæli principis orbium
 Dignatur soboles inter amabiles
 Fratrum ponere quem choros,
 Et quem dente minax iam Nero non premit.
 O Petri petra gemmea,
 Mentem quæ fidei lumine permeas,
 O brutis quoq; gentibus
 Donatura sacram, si libeat, fidem.
 Totum muneris hoc tui est,
 Quod demor numero disperetantium,
 Electi rata pars gregis,
 Quod credo intrepide, nec dubito, tuum est.

Paulus Radecus.

XI.

AD BONVM PASTOREM.

Quem tu, nate Deo, semel
 Pratum pastor ouem duxeris in tuum:
 A a 3 Illum

Illum non thyma mellea
 Explebunt saturum: non Acheloio
 Riuus nec tate perluet
 Potantem: neq; res splendida mollibus
 Pinguem delicijs cutem
 Quod largâ Dominus pauerit hanc manu,
 Ostendet socio gregi:
 Sed viuentis aquæ perpetuus latex,
 Et panis datus æthere
 Fingent cœligenam progeniem Dei.
 Summi non meritis patris
 Dignatur famulos inter Amor suos
 Nati ponere me loco:
 Et iam carne minus sollicitor mala.
 O dulcedinis intima
 Gustu pastor oues qui reficis tuas:
 O ipsis quoq; mortuis
 Donature poli viuida pabula:
 Totum muneris hoc tui est,
 Quod sancta potior sorte fidelium
 Cœlo debitus indiges:
 Quod sum, quod vigeo, quod moueor tuū est.

Joannes Rosacius.

XII.

Q Vem tu, sancte Deus semel
 Placatus recipis sanguine filij:
 Illum non labor improbus
 Turbabit pugilem Dæmonis in malis.

Non

Non mundi via lubrica
 Deiectum arguerit, non caro, non scelus:
 Sed non illum etiam virens
 Bello palma truci condita, Delijs
 Ornatum folijs Ducem,
 Victoremq; duelli ancipitis bonum,
 Immotus superæ hostium
 Quod vitæ varios depulerit dolos
 Ostendet Domino tibi:
 Nam vinci est hominis, vincere numinis.
 In lucta sine numinis
 Nemo est subsidio vincere qui queat.
 O quantus fauor est patris?
 Quanta est in miseros gratia filij?
 Sanctiq; vnctio flaminis?
 Hæc reddunt supero in lumine nobilem.
 Princeps maxime cœlitum
 Digneris socios inter amabiles
 Christi ponere me choros,
 Vt dein dente minus mordear inuido.
 O vitæ sapiens vagæ
 Cæcam qui arte regis, mi Deus, orbitam:
 O cæcis quoq; regibus
 Donature tuum, si libeat, iubar.
 Totum muneris hoc tui est
 Quod Christi madidum sanguine, me inse-
 luto cœlicolū choro, (ris
 Quod pugno & supero victor ouans, tuum
 est.

Aa 4

IN

XIII.
IN FONTEM REGENE-
RATIONIS.

Quem tu fonte, Trias, sacro
Sparsum iustitiæ Sole refinxeris:
Illum non Caro, non Satan,
Felici, neq; Mors, deiiciet gradu,
Vt mundi illecebris ruat
In quoduis vitium præcipiti impetu.
Exclusus simul & polo
Sordes propter Adæ, nec proprias minus,
Fiat mancipium Stygis.
Sed succensa Dei mens pia lumine
Vincet tartareum chaos,
Et squallorem hyemis Ver faciet sibi.
Cum tot contuderim minas
Orci, magnanimo celsior Hercule:
Admissus superum choro
Heroë feriam sidera vertice:
Dum me Christe tuus cruor
In postes capitum firmet hiantium
Suffultum meritis tuis:
Et iam læta polo brachia dirigo.
O Virtus pia numinis
Me nunc æthereo vertice suscipe,
Vt læti tibi carminis
Cantem perpetuâ voce epinicia,
Cœlestis fidicen lyræ.
Quod vici Stygijs fortior hostibus,

Totum

Totum muneris hoc tui est,
Quod victor superum scando polum tuū est.
Johannes Rascus.

XIIII.*Ad Spiritum Sanctum.*

Quem tu, suavis Amor, semel
Ardentem rapido fomite ceperis:
Illum non furor Euhys
Raptabit comitem, non locus impudens
Cœlo iunget adultero
Riualem, neq; res perpera lubricis
Deuotum vicijs ducem,
Ceum legum vetitas institerit vias,
Transmittet Stygio foro:
Sed quæ crimen aquæ futile diluunt
Et guttæ laterum rubræ
Fingent ætherio munere cœlitem.
Iouæ vindicis omnium
Hortatur soboles tam variabiles
Morum linquere me tropos,
Et iam labe minus polluo impiâ,
O caliginis obuiz
Tristem quæ nebulam, fax sacra, dissipas.
O cæcis quoq; Regibus
Discussura animi, si libeat, chaös,
Totum luminis hoc tui est,
Quod demor numero transgredientium,

Aa s

Cœle-

Cœlestis metuens heri
Quod spero, & satago, si satago, tuum est.

Paulus Melissus.

XV.

AD FIDEM ABRAHÆ.

Q Vem tu, Diva Fides, virum
Viuentem solido pectore fixeris,
Vulgo & sepositum leui
Arcani imbueris muneribus tui:
Illum non labor improbus,
Ignotivæ loci suspicio tremens
Aut vrbis memorem suæ
Landantemue soli commoda cogniti
Terret, quo minus arduas
Iussas voce Dei, perficiat vias.
Quamquam incerta quies loci
Non usquam stabilem contineat domum,
Iamq; exusta caloribus
Iam concreta pigræ frigoribus niuis
Ostentet regio metum:
Non sylvarum indomitæ horribiles feris,
Non præceps fluminis fragor,
Non obiecta hominum turba nocentium
Frangit propositum graue,
Quin metam teneat victor amabilem.
O Virtutibus integris
Dux certa, & superum viribus æmula,
O quæ

O quæ corpore languidis
Robur sufficere & vim potes integram,
Tu insperata parentibus
Effæto senio pignora prospicis:
Tu montes trahere, & maris
Fluctus disijcere & flumina rupibus
Insuetas nova pervias
Deriuare potes, nam bonus omnia
Regnator superum tuis
Et sese voluit tradere nutibus.

Bened. Arias Montanus.

XVI.

AD RELIGIONEM.

Q Vem tu, Religio semel
Armatum fidei casside texeris:
Illum non Getici minæ
Terrebunt gladij: non novus auium
Sectarum furor opprimit
Incautum: neq; gens Isacidum, Dei
Nato cedere pernicax
Nutantem, ad veterem stultitiam trahet,
Auratum ut vitulum colat.
Sed partim veteris scripta voluminis,
Partim fœdus eum novum
Cœlesti faciet dogmate nobilem.
Cæcis sanctior, improba
Me turbæ eripiens, inter amabiles
Gaudet

Gaudet ponere filios
 Et iam dente minus tartareo impetor.
 O Iesu patris optimi
 Felix progenies, par soboles patri:
 O gentem quoq; deuam
 Suscepture tuo, ni renuat, sinu:
 Totum muneris hoc tui est,
 Quod uiuo & valeo, teq; Deum colo,
 Cum patre, atq; animo patris.
 Quod sum Christe tuus, tuq; meus, tuum est.

Joan. Matth. Wacker.

XVII.

AD ECCLESIAM.

Q Vem tu, dia Ratis, semel
 Exceptum placido flumine vexeris,
 Illum non furor efferus
 Iactabit Boreæ, non Notus imbrifer
 Flatu tollet in aëra
 Sublimem, neq; fors naufraga turbidis
 Immersum pelagi vadis,
 Cum tecum varias pertulerit minas,
 Letho deprimet horrido:
 Sed per murmur aquæ flebile, per maris
 Et saui fremitum Noti
 Sistes in placido littore sospitem.
 Vitæ tum datur otium
 Donatur requies. tum quit amabili

Diuum

Diuum iungere se choro,
 Atq; in pace frui perpetuo gaudio.
 O formidinis anxie
 Tristem quæ gemitum fortiter amones,
 O cunctis quoq; casibus
 Ereptura hominem, si deceat, pium.
 Totum muneris hoc tui est,
 Quod soluo numero depereuntium
 Hares æthereæ domus.
 Quod uiuo & vigco: non pereco: tuum est.

Daniel Bucetius D.

XVIII.

AD VERITATEM.

Q Vemcunq; imbueris semel
 Doctrinæ roseo nectare Veritas,
 Illum non tumida minæ
 Percellent procerum: non metus aut leuis
 Spes abducet ad auia
 Securum: neq; res lautior, aut honor
 Versatum instar arundinis
 Nomen nunc veteri nunc iterum nouo
 Impellent dari Numini:
 Sed quæ limpidulis fontibus effluunt
 Israelis aquæ, Dei
 Fingent egregium sub cruce martyr em.
 Mundi perfida gestiat
 Infani soboles hæreticos licet

Inter

Inter ponere me choros
 Et iam dente magis quolibet appetar.
 O formosior Hespero
 Errorum fugitans, aurea Veritas,
 O brutis quoque amabilis
 Ipsis luce tua: cernere si hanc queant,
 Totum muneris hoc tui est,
 Quod sperno rabidæ tela calumniæ,
 Sinceræ fidei tenax.
 Quod sanctis placeo: si placeo, tuum est.

Simon Stenius An. 1589.

XIX.

Q Vem tu, viua fides, semel
 Ardenter Ichouam diligere efficis,
 Illum nulla pericula,
 Non infana fames, non gladius minax
 Non mundi fauor, aut opes,
 Nec vel summus honor, gloria, dignitas,
 Mentis proposito à piæ
 Deturbant dubium degeneri metu,
 Sperantem fidei suæ
 Exoptata magis præmia cælitus,
 Claratus pugil Isthmicis
 Quam certaminibus: lætus Achaico
 Curru ducitur impigris
 Vel qui vector Equis. Nam soboles Dei
 Illum tot mala tot cruce
 Post inter referet cœlituum choros: Quo

Quo nullus dolor & labor,
 Non luctus, lacrymæ nec venient graues.
 O tu viua fides, Deum
 Quod placatum habeo, muneris id tui est.
 Clemens imputat is suum
 Quod mi iustitiam, muneris id tui est.
 Saluum denique me fore
 In Christi meritis quod statuo, tuum est.
David Crinitus.

XX.

P A R O D I A

Ἡς εὐθαρσίου.

Q Vem tu, MORS, P I A MORS, semel
 E vitâ placido fine vocaueris:
 Illum non timor amplius
 Turbabit trepidum, ne stygius Charon
 Cymbâ ducat Auernicâ
 Vectorem, neque gens infera fontibus
 Damnatum maculis reum,
 Quod vitæ reprobis institerit vias,
 Vexabit cruciatibus.
 Sed qua læta facer gramina fons rigat,
 Cœlestes Genium manus
 Ducent Elysiō tramite sospitem.
 Iouæ principis omnium
 Non spernet soboles inter amabiles
 Cœli ponere me choros:
 Et iam corde magis subleuor entheo.
 O menti bene conficiæ
 Dulcem quæ reditum MORS pia conficis:
 O ipsa

O ipsis quoq; perditis
 Allatura obitum, his si libeat, pium?
 Totum muneris hoc tui est,
 Si tollar gregibus depereuntium,
 Saluandi focius gregis:
 Si sancte moriar, cum moriar, tuum est.

V. A. D.

XXI.

A L I A.

Ad Bonam Conscientiam.

Q Vem tu, Mens bene conscia
 Viuentem innocuo pectore foueris:
 Illum non dolor intimus
 Vexabit pauidum, non furor exterus
 Cursu vertet ab optimo
 Constantem, neq; fors aspera tristibus
 Tentatum male casibus
 Quin omnes hilaris despiciat minas,
 Percellet querimonijs.
 Sed quæ corde pio Spes penitus sedet,
 Nec fallens animi fides,
 Fingent infragili robore nobilem.
 Læti gaudia pectoris
 Promittunt superæ sedis amabili
 Confortem fore me choro:
 Et iam morte nihil terreor horrida.
 O solaminis enthei
 Suauem quæ strepitum pectore concitas?
 O fractos

O fractos quoq; spiritus
 Erectura alacri, si libeat, sono.
 Totum muneris hoc tui est
 Quod linquo numerum se cruciantium,
 Certus perpetui boni:
 Quod lætus patior, quæ patior, tuum est.

D. A. V.

XXII.

DE PVDORE CONIVGALI.

Q Vem tu, caste Pudor, semel
 Flagrantem supero numine foueris,
 Illum non locus improbus
 Captabit vigilem: non Venus Ebria
 Mæchis ponet amoribus
 Infamem: neq; mens impia debitis
 Neglectum precibus Deum
 Pro cælo stygias conferat vt domus
 Offendet scelerum luto.
 Sed quæ castus amor corda ferit pia
 Iussæ cœlituum faces
 Nectent legitimo fœdere comparem.
 Et me Rex velit omnium
 Parcas inter opes, atq; humiles lares
 Dulci viuere coniugi:
 Ac tum mente minus distrahar anxîa.
 O custos, pudor, integræ
 Famæ, vnus thalamo corpora qui duo:
 Bb O brutis

O brutis animalibus
 Seruans coniugij perpetuam fidem:
 Totum fomitis est tui:
 Exsecror vetitæ quod Veneris faces,
 Vitæ suauiolum meæ
 Quod quæro, & quod amor, si modo amo,
 tuum est.

Georgius Calaminus.

XXIII.

ALIA

AD CONIUGIVM.

Quem tu Coniugium semel
 Frugalem placida compede vinxeris,
 Illum non Venus ebria
 Torrebit fatuum, non amor aliger
 Arcu figet aheneo
 Ardentem, neq; lex publica turpibus
 Pollutum maculis ducem.
 Quod matrum socios polluerit thoros
 Accusabit adulterij,
 Sed qui Cor hominis spiritus innouat,
 Et plenæ fidei preces
 Reddent mortifero crimine liberum.
 Iouæ præsidis omnium
 Dignatur soboles me quoq; cœlite
 Æterni radio visere numinis.
 Et iam tela magis sperno Cupidinis.

O prur-

O pruriginis insitæ
 Acres quæ stimulos fax sacra dissipas,
 O scortis quoq; turpibus
 Immissura animos, si libeat, pios.
 Totum luminis hoc tui est,
 Quod cætus fugio luxuriantium,
 Mente & corpore temperans,
 Quod spero & fileo, si fileo, tuum est.

Hen. Meibom.

XXIIII.

ALIA

AD PACEM.

Quam tu, Pax, placitam tibi
 Tellurem stabili numine rexeris:
 Illam non furor inquires
 Quassabit populi, non dolus hosticus
 Muro intrabit aheneo
 Munitam, neq; vis Martia præsidis
 Armatam modicis licet
 Quod Regum tumidas despiciat minas.
 Vastabit legionibus.
 Sed quæ semper opes ciuibus affluunt,
 Et firma agricolû quies
 Reddent magnifico nomine nobilem.
 Breslam delitium vrbium
 Tutentur superi cum ter amabili
 Dulcis Silesiæ solo:
 Ne vicina nimis sentiat, hei, mala.

Bb 2

O mor-

O mortalibus anxijis
 Vitam quæ placidam, Pax bona, temperas :
 O duro quoq; militi
 Exoptanda, tua is si bona nouerit:
 Totum muneris hoc tui est
 Quod iustis regitur patria legibus,
 Nec cultoris egent agri,
 * Quod virtus viget, & quod viget ars, tuū est.

A. U. M.

XXV.

AD SIMPLICITATEM.

Q Vem tu, Simplicitas, semel
 Discentem lepido pollice finxeris,
 Illum non leuis ambitus
 Mutabit varium, non tumor inquires
 Fastu polluct impio
 Elatum, neq; mens turgida spiritu
 Deformem fatuo ducem,
 Quod morum rutilans conspuerit decus
 Accensebit agrestibus:
 Sed quæ pectus iners ars bona perpolit,
 Et legum monitus pij
 Fingent Socratico dogmate sobrium.
 Christi Iudicis omnium
 Commendant humilem verba modestiam:
 Vatum praterea libri,
 Et liuore minus carpitur inuido
 O rubiginis horridæ
 Duram qui saniem mos facer eluis:

O gen-

O genti quoq; barbaræ
 Ereptura animos si libeat, feros,
 Totum muneris hoc tui est
 Quod demor numero luxuriantium,
 Cælestis sitiens opis
 Quod scribo & placeo, si placeo, tuum est.

Henricus Mesbomius.

XXVI.

AD DIVAM SALVTEM.

Q Vem tu diua Salus semel
 Languentem placido lumine videris,
 Non hunc Mors quatiet fera,
 Aut morbus pauidum: non dolor improbus
 Percellet rigido metu
 Afflictum: neq; fors hunc variabilis
 Mentis robore præditum:
 Quamuis innocuum perpetuo premat:
 Statu dei jciat suo.
 Sed pax incolumem, lætaq; sanitas
 Et præiens animi quies
 Fingent Dijs adeo cælitibus parem.
 Ægro corpore languidam
 Aspexit placido me Dea lumine:
 Membrorumq; redit vigor:
 Et iam cura minus me premit anxia.
 O quæ numine blandulo
 Corpus languidulum, Diuâ salus, beas:

Bb 3

O morti

O mortis quoq; frigida
 Discussura graues, si libeat, metus:
 Totum muneris hoc tui est
 Quod cœli intueor viuificum iubar:
 Fungens munere pristino
 Quod uiuo & valeo (sic valeam) tuum est.

Nicolaus Reusnerus.

XXVII.

A D V I T A M.

Quem tu, Vita, tuo semel
 Perstrictum placido lumine ceperis,
 Illum non vagus Adria
 Iactabit cupidum, non creperæ vices
 Audentem in fera prælia
 Raptabunt: neq; fors aulica, callidis
 Occultum ingenij artibus
 Quod Regum obsequio subdiderit caput,
 Adscribet procerum ordini:
 Sed qui sanctus Amor dulcacido madet,
 Et formæ insolitæ lepos
 Diffundent liquido nectare cœlitem.
 Cœli me rota tertij
 Concinnat charites inter amabiles
 Ac sacrum veneris gregem:
 Et iam mole minus corporis aggrauor.
 O mortalibus inuidas
 Mentis quæ tenebras lux mea discutis:

O seculo

O seculo quoq; reptili
 Incussura aquilæ si libeat volatum
 Ex omni & merito tuum est,
 Quod cura vacuus degeneri feror,
 Nil diuos tacite obsecrans:
 Quod uiuo & valeo, sumq; meus, tuum est.

Janus Lernutius.

XXVIII.

A L I A

IN VITAM RVSTICAM.

Quem tu, Ruris amor, semel
 Contentum facili munere ceperis:
 Illum non fauor aulicus
 Abducet refugum, non leuis ambitus
 Claris ducet honoribus
 Spectandum, neq; res publica splendidis
 Ornatum statuis, catus
 Quod ciues dubijs soluerit à malis
 Ostendet popularibus.
 Sed quæ ruris opes molliter affluunt,
 Et dulcis nemorum quies
 Fingent innocuo nomine nobilem.
 Villæ fertilis otium
 Occulto sapiens inter amabiles
 Nymfarum & Satyrum choros:
 Et iam dente nihil mordeor vrbico.
 O feliciter abdito
 Tristes quæ strepitus, Rustica res, fugas:

Bb 4

O ipsi

O ipsis quoque regibus
 Motura inuidiam, si sapiant, tui:
 Totum muneris hoc tui est
 Quod demor numero magna petentium,
 Securæ modicus rei.
 Quod viuo, & dominus viuo mei, tuum est;

XXIX.

Q Vem tu Mystopolon Deus
 Discentem placido numine iuueris,
 Illum non labor improbus
 Lassabit vigilem, non Satan impiger
 Cursu ducet ab optimo
 Victorem: neque menstrica splendidis
 Vexatum folijs Ducum,
 Quod regum cupidus arguerit manus,
 Impinget Capitolio.
 Sed qui pectus Amor mobile permeat,
 Et verbi studium sacri
 Fingent aethereo carmine nobilem.
 Breslæ principis urbium
 Dignatur soboles inter amabiles
 Vatum ponere me choros.
 Et iam mente minus deprimor anxia.
 O qui luminis aurei
 Nos lustras radijs Spiritus entheis,
 O brutis quoque gentibus
 Donature nouam, si libeat, facem,
 Totum muneris hoc tui est
 Quod monstro populis, dux uti prauius,

Sinceræ

Sinceræ fidei viam,
 Quod disco & doceo quod didici tuum est.

Paulus Radecius.

XXX.

AD THEMIDEM.

Q Vem tu, Sancta Themis, semel
 Nascentem placido lumine videris,
 Illum non labor improbus
 Lassabit manuum: non Equus impiger
 Bellis reddet ab exteris
 Victorem: medicæ res neque Delijs
 Ornatum folijs virum
 Quod morbi ancipites sustulerit minas
 Ostendent populo inclytum.
 Sed qui sæpe forum fertile conciet
 Legum spissior ambitus,
 Fingent Iuridici nomine nobilem.
 Hunc Rex, Hunc populus libens
 Dignatur meritis semper honoribus,
 Summis inferit & viris,
 At iam dente minus carpitur inuido.
 O Astrea potens, fori
 Dulces quæ strepitus optima temperas
 O brutis quoque bestijs
 Depulsura habitus, si libeat, feros:
 Totum muneris hoc tui est,
 Quod tollit digitos prætereuntium

Bb 5

Æqui

Æqui non malus arbiter,
Quod viuunt homines vnanimi tuum est.

Simon Huld. Pistoris

XXXI.

ALIA

AD ÆSCVLAPIVM.

Q Vem tu Aſclepiade ſemel
Nascentem placido lumine foueris,
Illum non premet vrbicus
Clamor cauſidicum, non dubijs fora
Argent rauca negocijs
Diſtrictum, neq; fors aulica callidis
Illum conſilijs bonum,
Quod regum tumidas defugiat minas
Exemplo foret vtili.
Sed quæcunq; ſolum fertile nutrijt
Et molles nemorum comæ
Fingent Pœonio munere nobilem.
Guelphi Iulia principis
Dignatur, ſoboles, inter amabiles
Cætus ponere me ſuū,
Et iam molle minus me iuuat otium.
O fuſos Epidaurie
Qui Parcarum agileis prouide temperas.
O iſſis quoq; mortuis
Donatura animas, ſi libeat Deū.
Totum muneris hoc tui eſt
Quod me docta colit turba ſodalium

Cul.

Cultorem patriæ lyræ.
Quod viuo & ſtudeo, quod ſtudeo, tuum eſt.
Caspar Arnoldi.

XXXII.

DE GRAMMATICA.

Q Vem tu Grammatice ſemel
Diſcentem placido lumine videris,
Illum non vitijs ſcatens
Turpabit triuium : lingua nec improbo
Fallet barbara verbulo
Dicentem: neq; vox putida peſſime
Stridentem velut anſerem,
Quod genus ſuperet Grammaticæ minas,
Imponet Capitolio
Sed certiffima norma vſus & arbiter,
Linguarumq; comes lepos
Fingent ſuauiſſimis artibus inclytum.
Hunc omnis populus libens
Dignatur meritis ſemper honoribus,
Doctorem annumerans choro
Et iam barbaries hunc fugiens timet.
O diuina loquentiæ
Dulces quæ ſtrepitus Grammaticæ, regis :
O mutis quoq; piſcibus
Donatura bonos, ſi libeat, ſonos :
Totum muneris hoc tui eſt
Quod tollor numero Te violantium,
Tam magnæ metuens heræ,
Quod ſcribo & placeo, ſi placeo, tuum eſt.

Simon Huld. H. F. Pistoris.

XXXIII.

DE IP SO HORATIO.

Q Vem tu, Flacce, tuæ semel
 Suavi Melpomenes carmine foueris:
 Illum non Ouidi chelys,
 Non magni afficiet Virgilij tuba,
 Nec ludicra Epigrammata,
 Multo sparsa fale & Lusibus improbis,
 Quos Verona suo, aut suo
 Fudit Roma sinu: cuncta vel vnus
 Assis fecerit ærei.
 Sed quas imparibus tu numeris sacram
 Odas concinis ad lyram:
 Flingent Pindarico carmine nobilem.
 Cyrrhæ, principis amnium
 Dignantur Dominæ, te inter amabiles
 Vatum ponere principes:
 Et lauru viridi tempora vinciunt.
 O, qui regibus es satus
 Mecœnas atavis: optime principum:
 O fungo quoq; Mæuiō
 Donature Eratûs, si libeat, Chelyn:
 Totum muneris hoc tui est,
 Quod rex, & pater, atq; auctor Horatius
 Romanæ cytharæ cluet,
 Quod tam dulce canit, quando canit, tuum
 est.

J. M. W.

A D

XXXIIII.

A D V. CL. IVSTVM Lipsium.

Q Vem tu, Lipsiade, semel
 Scriptorem Critico pollice finxeris:
 Illum non stylus acrior
 Compunget reprobum, non situs indecor
 Blattis mittet edacibus
 Prædandum, neq; nox inuida tristibus
 Turpatum tenebris caput.
 Cum mortis tetricas exierit manus,
 Subducet Clario gregi;
 Sed quæ culta nouum pagina iam niter,
 Et doctæ comites Notæ,
 Reddent perpetuo tempore viuudum
 Phœbi principis artium
 Dignamur soboles inter Hyantios
 Primum ponere te choros,
 Et iam dente minus roderis inuido.
 O caliginis horridæ
 Priscas qui nebulas, Sol noue discutis:
 O altis quoq; noctibus
 Immisura diei, si lubeat, iubar:
 Totum muneris hoc tui est
 Quod clarent oculo rite legentium
 Romanæ sophiæ libri:
 Quod discam, & didici, quod didici, tuū est.

Valent. Acidalius D.

D E

XXXV.

DE VRBE VENETIARVM.

Quemcunq; vrbs Venetum semel
 Portu mirifico acceperit hospitem:
 Illum non Gnydus aut Rhodus,
 Aut blanda alliciat Cyprus, vt Adriæ
 Nido vllum anteferat locum.
 Non, si Theſſaliciſ poſſit in hortuliſ
 Aut vltra Elyſiaſ plagas
 Vitam in perpetuiſ ducere luſibuiſ:
 Sic mentem ſatiet ſuam:
 Sed quæ per tacitum Gondola amabiliſ
 Huc illuc fluitat fretum:
 Illic viuere amet ſemper, amet mori.
 Romæ, principis vrbium
 Nil huc delitiæ: nil faciunt, ſcatet
 Queiſ diuina Neapoliſ
 Aut Lucca, aut Genua, aut clara Fluentia,
 O vrbs ſola Deum boniſ
 Fundata auſpicijſ, aliteq; aurea:
 O ipſiſ quoq; mortuiſ
 Vitam, ſi lubeat, reddere idonea:
 Totum muneris hoc tui eſt,
 Quod quas delicias Ortuiſ & Occidendiſ
 Pandunt reſpuiſ: præ tuiſ
 Quod d' Iſ templa poli haud inuideo, tuum
 eſt.

J. M. W.

IN

XXXVI.

IN LVEM MVNDI.

Quem tu, Munde, ſemel tui
 Aſperſum vitij labe notaugriſ,
 Nec vigor entheuiſ
 Supra extollet humum, lucis Equuiſ neq;
 Veſtum ſumet in æthera
 Seſſorem, neq; mors pallida, laureæ
 Inſignem ſoliſ virum,
 Quod diri Satanæ fregerit impetuſ,
 Monſtrabit ſuperum choro:
 Sed qua perfluitans Styx inamabiliſ
 Radit tartareum nemuſ,
 Pingens Mæoniſ carminibuſ ducem.
 Pragæ metropoliſ vetuſ
 Me dignata boniſ addere ciuibuiſ,
 Regni vatibuſ inferit,
 Hinc rodoſ minime dentibuſ inuidiſ.
 O ſpiraminiſ inclyti
 Quæ miteſ moduloiſ, Muſica, diuidiſ;
 Piſci muto etiam ſonoſ
 Collatura cygni, ſi placeat tibi.
 Doni ſoliuſ eſt tui,
 Quod ſignor calamo Chriſtigenæ manuſ.
 Quod ſacri lyricen chori
 A doctiſ reputor, ſi reputor, tuum eſt.

Thomas Miſiſ Lymuſeuſ.

A D

XXXVII.

AD CUPIDINEM.

Q Vem tu, sæue puer, semel
 Incautum, nocuo lumine videris,
 Illum non labor anxius,
 Non famæ studium, non decoris sitis,
 Non virtutis amor bonæ
 Victorem, atq; humili qui caput è luto
 Extollat, patriæ & suæ
 Qui sit præsidio rebus in asperis,
 Ostendet cupidæ virum:
 Sed quo cæcus amor, quo tulit impetus,
 Et lasciuia licentia,
 Illic degeneri torpet in otio.
 Infelix nimium & miser,
 Cæpit mens Malefuada inter amantium
 Stultos ponere quem choros,
 Monstrandum digitis ludificantium.
 O blandæ Veneris puer,
 Qui dulci miseros pungis aculeo,
 Totum muneris hoc tui est
 Quod qui te sequitur, castra colens tua
 Viuus viuere desinit,
 Quod nemo suus est, qui tuus est, tuum est.

Frid. Lessota.

XXXVIII.

ALIA

IN CALVMNIAM.

Quem

Q Vem tu, dira Calumniæ,
 Incautum nocuo dente momorderis:
 Illi non probitas sua
 Defendet maculas, Vix bonus arbiter
 Testi credet idoneo
 Infonem. neq; plebs concita fabulis
 Delatum ambiguis reum,
 Vt vanas animis eijciat minas,
 Expendet rationibus.
 Sed qui rumor aquæ more, ruens furit
 Et falsi inuidiæ soni
 Perdent immerito crimine noxium.
 Famæ candida gratia
 Dignetur quoq; dehinc inter amabiles
 Tutum ponere me choros,
 Vt ne dente nimis mordear improbo.
 O discriminis anxij
 Sæuos quæ strepitus, pessima, suscitās:
 O sanctos etiam viros
 Damnatura nigrâ, cum libuit, notâ:
 Totum criminis hoc tui est
 Si monstrer digito prætereuntium
 Turpi ludibrium ioco:
 Si viuo vt placeam, nec placeo, tuum est.

S. F. M. I.

XXXIX.

PESTE.

Q Vem tu, Pestis atrox, semel
 Corruptum tetrica labe repleueris:

Cc

Illum

Illum non medicus labor
 Sanabit: neq; si Pergameum senem
 Ex orco reducem darent
 Fata: aut Hippocratis dædala Coij
 Mens, aulam Rhadamantiam
 Linquens, ad superas indita Corpori
 Antiquo, redeat domos.
 Sed quæ virus atrox, & saniem vomunt
 Fœdis vlceribus, boæ
 Reddent tibi fluo tubere marcidum.
 Vespillonia iam cohors
 Festinet miserum inter lacrymabiles
 Agrum ponere me greges
 Et iam Parca mihi fila ferox secat.
 O contagio sordida:
 Quæ diram tacitâ fraude feris luem
 O cœli quoq; ciuibus
 Illatura feram, si liceat, necem.
 Totum muneris hoc tui est:
 Quod vita incipiti fluctuat in malo:
 Certam haud inueniens opem,
 Quod languet & morior, si morior tuū est.

XL.

DE SVPERBIA.

Q Vem tu cunq; superbia
 Captum reticulis vinxeris aureis:
 Illum non patrij lares
 Cernent agricolam: non mare naufragum
 Spe

Spe lucri in laceras trahet
 Puppes, vt patrium mercibus exteris
 Mercator locuples, solum
 Ditet: nec lepidio Musæ Aganippides
 Reddent Eloquio inclutum
 Sed quæ pauperiem luxuries premit
 Et fastus miser, at procax
 Fingent è tenui semine nobilem
 Iam tum me aulica principum
 Magnorum soboles, magnificos amat
 Interponere satrapas
 Et nunc dente magis mordeo liuido.
 O spes longa: sed arida
 Quæ cortis miseras sola foues aues:
 O Cræsi quoq; diuitis
 Donatura Codro, quando voles opes:
 Totum muneris hoc tui est:
 Quod pro laude mei nominis, omnia
 Largâ prodigo dexterâ
 Quod mi nil superest, nilq; dæest, tuum est.

J. M. W.

XLI.

DE ALCHYMIA INDOCTA.

Q Vem tu, Spagirice, semel
 Afflâris Chymici fulmine fascini:
 Non illum Hippocratis libri
 Clarabunt Medicum: non labor impiger
 Cc 2 Claudi

ClaudI Pergamei efferet
 Doctorem, neq; res Musica Delijs
 Ornatum folijs: sacro
 Quod vates genio carmina panxerit
 Imponet Clario iugo.
 Sed carbo, cinis, & lenta favillula:
 Et fracti vrceoli, & vitra
 Effingent Chymico dogmare nobilem.
 Rossæ ludibrij vrbium
 Dignatur soboles iam Paracelsæos
 Inter ponere me choros
 Et iam dento Galenum immeritum pero,
 O fuliginis arida
 Fructum quæ sterilem, spes bona temp eras:
 O rebus quoq; plumbeis
 Auri concilians, cum libuit, decus
 Totum muneris hoc tui est
 Quod summa miser in pauperie, fâmen
 Cresci vinco opulantiâ:
 Quod do large alijs quo careo, tuum est.

Bona ventura Mollerus.

XLII.

AD PHILOSOPHIAM PE-
 RIPATETICAM.

Vos ô pulcra Stagyrei
 Arte atq; ingenio principis, atria:
 O cunctis precijs opum
 Certatura, metalloq; quod vspiam est:

Vestri

Vestri quisquis in areas
 Felici pede, regni semel institit
 Illum non Academia
 Scitamenta iuvabunt, ea putida:
 Non Stoâ hæc tenebricola, non
 Occulta Samiæ Cabalæ inania.
 Non illi iniiciet manus,
 Ista intemperies larga Sophistica.
 Non ventosa, rudis, tumens,
 Pinguis desidia natio: Non dolus
 In fraudes adiget: neq;
 Anger telligio falsa: nec aureæ
 Lactabunt ita speculæ
 In nexum illius vltro rata se dabit
 Naturæ omne genus fides:
 Et rerum facies: magnus & ipse Pan.
 Bressæ principis vrbium
 Fecerunt proceres hæc quoq; vestra me.
 Calcare spatia & choros
 Etiam denticulos nil moror invidos.
 O quæ pectoris vnica
 Humani modulamen SOPHIÆ tenes:
 O illi quoq; si volet
 Donatura dapes ambrosias Deum:
 Totum muneris hoc tui est,
 Quod segrex populo, misco me Dijs:
 Naturæ socius comes
 Quod possum & scio, quantumq; scio, tuum
 est.

Johann. Ferrius V. I. D.

Cc 3

DE

XLIH.

DE OCVLIS GLAUCILLÆ.

Quem, Glaucilla, tui semel
 Vultus fidereo lumine videris:
 Non ille æthereas faces
 Hinc atq; inde polos quæ ad geminos micat,
 Demirabitur insolens
 Nec quod præcipua Phœbus adoreâ
 Spargit, cum rutilos rotat
 Immenfis radios fulminibus pares,
 Tantilli faciet, iubar
 Sed quæ Virgineas irradiant genas,
 Miti fulgure lumina
 Cœlo illum intuitu continuo inferent.
 Rheni principis amnium
 Dignatur soboles inter amantium
 Lætos ponere me choros:
 Et nil prisce tibi iam inuideo Pari.
 O mellitule ocellule
 Illustras teneræ qui faciem Deæ
 O nocti quoq; luridæ
 Donature diei, si lubeat, iubar:
 Totum muneris hoc tui est
 Hos quod versiculos ad Cytharam cano,
 Germanæ fidicen lyra.
 Quod laudor, quod amor, si modo amor,
 tuum est.

DE

XLIH.

DE CEREVISIA QVÆ CO-
QVITVR VRATISLAVIÆ.

Cui tu, Scepfiade, semel
 Guttur Bresliaco nestare tinxeris:
 Illum non Acheloia
 Tentabunt gelido pocula flumine.
 Non crudi leuis amphora
 Rheni Baccharico semine proluet
 Potorem: neq; Cteticos
 Aut quos vva replet Oenotria, ebrijs
 Gustabit labijs, cados.
 Sed quem Bresla liquorem è lupulo coquit
 Byne triticeâ inditâ,
 Curis sollicitum tristibus eximet.
 Breslæ principis urbium
 Iam tum me soboles inter obesulos
 Potorum numerat greges.
 Et iam ventris onus vix tumidi fero.
 O Ceruifiola, aridi
 Quæ sedas rabiem Scepfiæ gutturis:
 O ipsi quoq; Tantalos
 Exstinctura feram, si liceat sitim:
 Totum muneris hoc tui est
 Quod Sol siue oriens, siue iterum cadens
 Me semper madidum videt.
 Quod nunquam esurio, nec sitio, tuum est.

F I N I S.

INDEX

Eorum omnium:
quorum in his libel-

lis leguntur car-
mina:

*Confectus secundum seriem
literarum Alphabeti.*



AD AMICOS
OMNES: QUI HIC
à Symbolis.

Dulcis amicitia tot dulcia pignora quiqui
Nostro dedistis Symbolo:
Non equidem inter vos metuo fore, neue sit
Qui debito nomen suum (opto,
Haud positum esse loco, positum si forsitan haud
Laeso queratur pectore (sit,
Liuidulus, praecuntem alium, seseq; sequentem,
Aut huic vel huic iunctum dolens.
Non fuit ordo mihi curae, ille exactior ordo,
Praestare quem nec, si velim,
In tanto liceat numero: Et qui iure futurus
Primus, secundus, tertius
Ultimus aut medius fuerit, censore quis ausit
Vel debeat, lustri velut
Conditor? aut designatoris munia sumat,
Quasi ludicro in spectaculo?
Mi cari ex aequo cuncti simul estis, Amici
Iidem este vobis invicem.
Accipit aut facit ipse pares Amor. hicq; vbi re-
Quorsum putetur dignitas? (gnat
Ne praedudicium vel sic tamen afferat isthic
Noster loco vestro locus:
En iterum confundam omnes, alioq; reponam
Non inuidendo hic ordine:
Ordine legitimo minus, at Natura magistra
Quem literarum prauia

Ipſa docet, primum uſq; elementum nominis
 Ritualphabeti digerens. (orſi
 Hinc iam prompta mihi venia: hinc commiſſa
 Commiſſa ſi quæ ſunt prius. (luantur
 Candor at hîc adſit tamen: adſit Candor & il-
 Aderitq;. Sic ô Candidi (lic
 Vna omnes ſaluerè ſimul, longumq; valete
 Mihi amico amici Candido.

Jacob Monaw.



A V C T O R V M SYLLABVS IN HOC O P V S C V L O .

A

Abel Strasburgus. 150
 Abrahamus Bucholzerus. 162
 Abrahamus Liſſius. 197
 Abrahamus Ortelius. 75
 Abrahamus Schvvalbius. 180

Adamus Curæus. 329
 Adolphus Mekerchus. 80
 Aemilius Franciſci F. Por-
 tus. 9.

Albertus Clampus. 123
 Albertus Fridericus. 179
 Albertus Virſinus. 151. 152
 Alexander Cornelij F. 106
 Amandus Polanus. 46.

Andreas Dudithius. 142
 Andreas VVenſelius. 55
 Andreas VVeſtſualus. 34
 Anna Palanda. 221. 222
 Anna Vtenhouia. 222
 Antonius Feyus. 42
 A. V. M. 379.

B

Bartholemæus Chryſeus. 358
 Bartholemæus Dodington. 92

Bartholemæus Pitifeus. 43
 Benedictus Arias Montan9
 69. 370

Bonauentura Vulcanius. 74
 78.

Bonauentura Mullers. 395

C

Carolus Vtenhouius. 210
 223

Casparus Arnoldus. 126.
 386.

Casparus Cruciger. 98. 99.

Casparus Franck. 152. 153

Casparus Hoffmann. 158

Casparus Ianitius. 130

Casparus Peucerus. 8. 284

Casparus Pilcius. 45.

Casparus Schvverman. 113

Chriſtianus Diſtelmeier. 146. 147.

Chriſtophorus Kelings. 189

Chriſtophor9 Manlius. 187

Chriſtophor9 Pannoni9. 58

Chriſtophorus Pezelius 20

Chriſtophorus Schillingus 33

Cornelius Kilianus. 84.

Cornelius Martini. 116

Cunradus Publianus. 174

Cunradus VVolfſſus. 192

D

Daniel Bucretius. 160. 372

Daniel Engelhard. 116

Daniel Hermannus. 123.

124.
 Daniel

Daniel Printz. 145
Daniel Rogerius. 21
David Chytræus. 19
David Crinitus. 186. 374
David Pareus. 42
Dominicus Lampsonius. 95
D. A. V. 376

E

Eberhardus Comes Sol-
mus. 144
Eberhardus Thivestrenus. 122
Elias Theodorus. 231
Esromus Rudigerus. 23.
285. 321

F

Franciscus Harduyn. 85.
Franciscus Hildehemius. 40
Franciscus Junius. 275
Franciscus Langerus. 128
Franciscus Modius. 81. 82
Franciscus Portus Cretensis. 9.

Franciscus Raphelengius
pater. 79. filius. 80.
Franciscus Tidicus. 158
Fridericus Lessota à Steblau
50. 391
Fridericus Sylburgius. 40
Fridericus Taubmannus
19. 240
Fridericus VVidebram. 23

G

Georgius Calaminus. 35.
37. 241. 297. 323. 337. 377.

Georgius Carolides. 122
Georgius à Dyrbn. 26
Georgius Holsterus. 196
Georgius Rheinman. 374
Georgius Tilenus. 152. 319
Georgius Veclinerus. 385
Gregorius Berlmannus. 277. 293.

Gulielmus Camdens. 90. 91
G. L. 326

H

Henricus Husanus. 147
Henricus Meibomius. 130
378. 380
Henricus Porcius. 381
Henricus Ranzovius. 141
Henricus Stephanus. 146
Hieremias Venetus. 159
Hieronymus Arconatus. 381
Hieronymus Michael. 146
Hieronymus Treutler. 101

Hieronymus VVolfius. 281
Hugo Fauolinus. 76
Huldricus Schoberus. 197
198.

I

Iacobus Colius Ostellanus. 74. 76
Iacobus Fabricius. 247
Iacobus Lælius. 247
Ianus Douza pater. 70. 73
Ianus filius. 74.

Ianus Gruterus. 84. 314
Ianus Gulielmius. 77. 78
Ianus Lernæus. 79. 382
Ioachimius Camerarius. 154
Ioachimius Meiserus. 47
Ioachimius Mynsinger. 148
Ioachimius Smidius. 48. 359
Ioachimius Albertus Comes
Solmus. 143
Iohannes Anton. Bayhus. 103

Iohannes Agratus. 95. 96.
97
Iohannes Caselius. 38. 291
Iohannes Crato à Crafftheim
7. 12. 245. 275.
Iohannes Esychius. 41. 312
Iohannes Ferinarius. 99. 100
Iohannes Fersius. 127. 128. 303
Iohannes Francus. 61. 326
Iohannes Fraxineus. 192
Iohannes Frederus. 175
Iohannes Gulielmus Stuckig
22
Iohannes Henricus Heinzelius. 29

Iohannes Hermannus. 156
Iohannes Iacobus Boissar-
tus. 97. 290
Iohannes Iacobus Grynus. 22. 306.
Iohannes Kraus. 126
Iohannes Lambertus. 118
Iohannes Levvenklauus. 14
Iohannes Maior. 124. 125
Iohannes Maralius Metellus. 125

Iohannes Marthez. V Vacker
31. 371.

Iohannes Meisnerus. 177
Iohannes Mylius. 53
Iohannes Mylner à Mul-
hausen. 24
I. M. VV. 387. 389
Iohannes d Nostitz. 27
Iohannes Pachæus. 196
Iohannes Pollius. 109
Iohannes Posselius. 179
Iohannes Posthius. 102
Iohan. Rastius. 184
Iohan. Rascus. 368
Iohan. Rosacius. 186. 365
Iohannes Sambucus. 18
Iohannes Seccorvicius. 14
Iohannes Stamler. 193
Iohannes Schöfferus. 179
Iohannes Sturmius. 14
Iohannes Viuianus. 78
Iohannes Vogelius. 50
Iosephus Stralger. 69
Isaac Memmius. 118
Iustus Liphus. 70. 236

L

Lambertus Danæus. 34
Lambertus Ludolphus Pi-
thopæus. 130. 362
Laurentius Dornhofer. 49
Laurentius Ludouicus. 47
Laurentius Rhodomannus
170. 171
Laurentius Scholtzius. 156
Leonhard Kriatzheim. 162

M

Martinus Crusius. 172
Martinus Hellingus. 194
Martinus

Martinus Schillingus. 16
Martinus Mylius. 48
Matthæus Dresser. 173. 301
Matth. Mencilius. 44. 331
Matthæus Stoius. 157
Matthæus VVesenbecius.

149. 275
Mauritius Hellingus. 49
Maximilianus de Vriendt

85
M. VVerteuillius 51
Melior Seuerus. 183.
Michael Haslobius. 187
Michael Iustus 181
Michael Neander. 163. 167
Michael Vanderhagen. 89

N

Nathan Chytræus. 20 256.
280. 292. 335. 361.
Nicodemus Frischling. 125
Nicolaus Aletinus. 197
Nicolaus à Burckhaus. 24
Nicolaus Clemens Strelæus.
13.
Nicolaus Ludonicus. 187.
188

Nicolaus Reufnerus. 32.
277. 281. 294. 381
Nicolaus Rhediger. 10. 243
& seq. 246. 276. 289. 311.
Nicolaus Steinberg. 178.
304

O

Obertus Giphanius. 151

P

Paschasius Prifmannus. 186
Paulus Bernauus. 231. 232.
& seq.

Paulus Fabricius. 161
Paulus Fransius. 187
Paulus Melissius Schedius.
16 254. 288. 308. 369.
Paulus Radecius. 181. 189.
364. 384

Petrus Albinus. 120. 121
Petrus Ascanius. 282
Petrus Bizarus. 92. 93.
Petrus Boschius. 111
Petrus Calaminus. 56
Petrus ab Heile. 88.
Petrus Monau. 12. 25. 26.
246. 357. 363.

Petrus Pecchius. 109
Petrus Roth. 181. 329
Petrus Streuberus. 55
Petrus Titus. 47. 329.
Petrus Vincentius. 19
Petrus VVesenbecius. 149
Petrus Ximenius. 106
Procopius Lupacius. 185.
356.

Q

Q. Septimius Florès Chri-
stianus. 76.

R

Reinerus Reineccius. 163.
Rudolphus Gœclenius. 100

S

Salomon Frencelius. 114.
115. 243. 300. 336. 341
Samuel Thresorius. 183
S. F.

S. F. M. I. 392
Scipio Gentilis. 149
Sebastianus Ambrosius. 52
263. 304. 328. 360

Sebastianus Hoffman. 17.
321. 334. 355.
Seraphinus Gosnouicius. 51
Sigilmundus Mariafchi 125
Simon Stenius. 11. 373
Simon Vlricus Pistoris 153
313. 385. 386.

Suffridus Petri Leouard. 107
Syluester Stirius. 54.

T

Theodorus Beza. 8. 284
Theodor. Birckmanus. 112
113
Theodorus Zvvingerus. 24

Thomas Hubnerus. 39. 40.
Thomas Mytis. 186. 390
Tobias Scultetus. 224. & seq
Tobias Theodorus. 175

V

Valentinus Acidalius. 94.
239. 292. 336. 340. 375. 388
Valentinus Thilo. 43. 305
Victor Giselinus. 82.
Volradus à Plessen. 312

W

VVenceslaus à Zedlitz. 27
VVenceslaus Otterus. 176
VVilhelmus Actius. 102
VVolfgangus Amlingus 41

Z

Zacharias Vrsinus. 14.

F I N I S.



TYPOGRAPHVS LECTORI.

CVm hoc opusculum, Deo fauente, sit primum, quod in hac Gorl. officina cū mentione nominis mei in lucem prodit. Et ego illius argumentum etiam pro me tanquam bonum omen arripiam: equidem nihil gratius haberem, quā si hæc editio careret omni la-be, quemadmodum sanè non dedi nullam operam, vt ita fieret, attamen non potui scopum istum assequi, cum tribus velut remoris impediret: nam & in multis autographis quæ venerant è locis remotioribus non licuit omnia legendo assequi, & in ijs apographis quæ VVratislavia huc fuerunt transmissa non semel hesi: denique quod sit in alijs etiam officinis, non semper habuerunt lynceos oculos ipsæ operæ. Spero tamen errores istos qui subintrarunt, neq; nimis multos neq; valde graues, & pleroseq; tales futuros, vt neq; lectionem neq; intellectum doctiorum (de alijs minus sumus solliciti) sint admodum retardaturi. Videbis esse fermè literarum cognaturam, alterius pro altera, item maiusculæ pro minuscula, & contra, positiones aut dislocationes: Vel notarum quæ distinctionibus seruiunt, etiam in græcis accentuum, & spirituum, vti vocant, non habitam, quæ debebat, rationem. Possunt etiam ij qui scrupulosius inquirunt, alicubi desiderare signa super capitibus literarum & dictionū quarundam figenda. Hæc omnia sigillatim & nudè percensere, quid est aliud, quā libellum

lum data opera, citra necessitatem, deformare? Verumtamen notabimus pluraq; & simul monēbimus de nonnullis quæ nos de suis reticere noluit Is cuius sumptu liber prodit, insertis alicubi quibusdam siue paralipomenis siue posthumis, vt & libello minus deformis, & Tibi quoq; minus molesta sit τῶν σφαλμάτων indicatio.

Errores in permutatione siue dislocatione literarum hi ferè sunt in primis: cum videlicet legitur scriptum: Pag. 32. splendent: pro splendent. Pag. 43. quia ergo. pro: quia ergo. Pag. 46. carmen: pro carnem. Pag. 52. faciaiq;: pro faciaiq;. Pag. 59. Vultuq;: pro vultuq;. Pag. 61. indig;: pro indeq;. Pag. 68. propter eum: pro propter eam. Pag. 71. origa: pro origia. Pag. 75. sit, p sic. Pag. 98. conuenientur: pro conuenienter. Pag. 111. iniquus: pro, iniquo. Pag. 130. potius: pro, potius. Pag. 131. fabula: pro, fabula. Pag. 154. auxiliam pro, auxilium. Pag. 155. casum: pro, casum. Pag. 158. Deus: pro, Deu. Pag. 241. setue: pro serue. Pag. 232. tali: pro, tuli. Pag. 233. Vitiu: pro, vitio. Ibid. Quod porro: pro, quid porro. Pag. 248. Sentit: pro, sensit. Pag. 269. Mentis: pro, mentis. Pag. 291. grata: pro, grata. Sic Pag. 191. legi debet. Mors coniuge: pro, Me coniuge. Item, Pag. 272. Eo magis: & non, Ego magis. Ita Pag. 32. Phæbi. & Pag. 38. Persica debent scribi maiusculis litteris. Pag. 269. versu 10. dele vocem: quamq;. In Græci: P. 20. πᾶν δ' ἄνθρωπον & pro, πᾶν δ' ἄνθρωπος. Pag. 39. κατέλασαν: pro, κατέλασαν, poni debent: & credo similia plura. In Pag. vero 9. vbi scribitur

Dd o n n

O N sciendum est omnia signa accentuum. & volu-
 esse autorem per h. op. exprimere illud hebreum, ma-
 testatis plenissimum tetragrammaton. Quod ad illa
 loca, in quibus est distinctio vitiosa: quid at-
 tinet omnia persequi? Pag. tamen 10. vestrum
 vestrum istum hic posuimus. Huius velle, opus est per-
 fecit: & posse, voluit. Ita, Pag. sequenti. Hoc,
 FACIET, vides quod, 7 PSE. Sic, Pag. 22.
 Qui minus. Ipsa etiam. Sic, Pag. 58. Qui tribuunt.
 Faciunt (id) sub ratione boni. Ita pag. 77. faciendum
 comma inter hac duo verba: sine, venisset. Ibidem ex
 duobus vocibus, per sabauclam lineolam, vna facienda:
 Frustra—solicite. Sic Pag. 185. Res ille secundat:
 Successu quod non. Item Pag. 188. in duobus distichis,
 quorum alterum incipit: Hac sine, alterum: Hac duce:
 accuratior facienda distinctio. Sic, Pag. 234. scribi
 debet: IPSE, inquit, FACIET. & Sufficit IPSE
 tibi: miserans mihi. Alicubi nimis coherent inter se
 qua ab invicem diuidenda: Vt, Pag. 244. sub acribo.
 Pag. 245. Sed non tantum. Pag. 208. facere te. Vides,
 millector, nos esse nimios: nempe fidem no-
 stram tibi probare volumus, & pene sumus o-
 bliti, quid promiserimus. Certe si quæ alia
 supersunt opæ portæ, credo talia futura, vt e-
 tiam Argus ipse nobis ultro sit ventum daturus.
 Nam alia nonnulla persequemur, minus scrip-
 pulosa, minus etiam fastidiosa, in quibus ipsi
 tamen non detineberis diutius, quam par est.
 Ergo in prafat. prima, si non male summi, hac paucula
 corrige. Pag. 2. in fine sic lege: non displicuit istud
 consilium fatumq; meum. & Pag. 3. sic: nq; sic
 si, vt prodeant hac nostra denud. Pag. 6. ita lege: Ea
 do

de supremi numinis propter hanc ad iram commota iusti-
 tia. paula post, vox: eheu: includi debebat parenthesi.
 Pag. 26. ad carmen quod hic legitur loco posteriori, si-
 gnificavi, post nomen Antioch, Viri prastantissimi, de-
 buit: esse versus istos sic factos vt alludere debeant ad
 germanicum hoc vtem, cum Symbolo nostro conueniens:
 Wenn wir thesen was wir solten: So there Wort
 was wir wolten. 2298. boup 2319. 1810A 1

Ad pag. 64. Interea dum editur ista
 prefatiuncula, migrat ad Dominum, & triste
 sui desiderium multis bonis relinquit is, cui li-
 bellus alter dedicatur, Vir nulli veterum, neq;
 pietate, neq; prudentia, neq; virtute secundus.
 Nec tamen propterea visum fuit abijcere vel
 mutare consilium dedicationis. Sit igitur il-
 la, & maneat. Ipsius, cum prastertim post per-
 actum vitæ in terris curriculum nunc vere ipsi
 maxime competat sententiola Psalmi sub titu-
 lum libelli secundi posita. In ipsa autem prafatio-
 ne Pag. 65. versu 4. scribi & legi debet: Et forsan ad
 aliquid etiam posteritatis peruentura. & Pag. seq.
 vers. 7. post vocem: telorum: deleatur comma.

Pag. 69. lineola 17. post voces illas: manu mea:
 scribitur hæc nota: &c: cum potius fuisset adpingen-
 dum signum illud Cherographicum Viri summi, quod
 est ipsi familiare, quodq; in ipso etiam autographo mis-
 sa ad nos ex Hispania cernebatur. Sed excusabimur,
 spero, cum typus ad signum id exprimendum idoneus do-
 fuerit. Sub non: 2319. 1810A 1

Pag. 83. linea 2. in autographo Giselinii legebatur:
 prægna. 11. 6. 242. 1810A 1

Pag. 97. Facilius erit assequi mentem Epigram-
matis, si assumatur pictura Vtatoris huc pertinens: que
extat in parte prima Emblematum Boissarai, Metu Men-
diomatr. edita.

Pag. 116. Ad Versus Latinos Engelharticos obli-
sum subiungere Acrostichon eiusdem Autoris germa-
nicum. Id igitur hoc loco reponimus:

I n Trübsall groß / vnd höchster Noth
A llein dein Zusuche hab zu Gott:
C lag ihm all Ende so dich ansicht
O hn schew: fürwahr er lest dich nicht.
B ey ihm allein such Hülf vnd Rath/
M it rechter Andacht früh vnd spät.
O b sichs auch schwer ansehen ließ
N icht zweiffel: Denn er hilfft gewiß.
A uff ihn leg all dein Sorg / dein Sachtel/
V nd sprich getrost: Er wirds wol machen.

Pag. 129. & seq. Versus Carolidei alludent ad
Emblema Symbolicum nauiculatum quod supra pictum
visitur in pagella prima.

Pag. 133. linea 11. & seq. Pro eo quod hic ali-
quoties repetitur: Ipse scio faciet: animaduertimus Au-
torem in ipso poematum suorum, quod edidit opere, scrip-
sisse, Ipse, scio, efficiet. Ceterum qua inter carmina,
qua nunc edimus, erant omnium prolixissima: his hanc
prouinciam dedimus, ut tribus versuum symboliconum
libellus tanquam Coronides imponeretur.

Pag. 152. Carmen D. Franckii alludit ad vocem
illam: Das Facit: qua in supputationibus vii solamus.
In pagina sequenti initio sic titulus scribatur: In no-
men anagrammatissimum geminum.

2097. 2111. 2113. Pag.

Pag. 156. Dabit nobis veniam Vir opt. & inte-
gerimus, quod, nescio qua incuria, non adiecitimus & pi-
de Ja. debita nomini & meritum ipsius.

Pag. 203. primum huius pagina versiculum le-
gens fac Plinianum illud cogites. Multa videri precio-
sa, quia templum dicata sint, alioqui non tanta futura.

Pag. 206. versu 4. legatur: Ut vel ipsa loquun-
tur carmina illinc missa, huic opusculo inserta pleraque,
quorum tu propè. &c.

Pag. 235. Hac pagina per errorem vacua est re-
lieta: nec est quod putes aliquid hic omissum, vel huc re-
ponendum.

Pag. 251. sic scribatur: libuit ad Appendicis cal-
cem duas etiam cantilenas ponere. &c. de sententia ger-
manica, frequenter & libenter à collectore tanquam
symbolo vernaculo vsurpari solita. Ceterum ora-
mus Virum Cl. D. Melissum, ut non velit mo-
leste ferre, si non sumus autographon illius se-
cuti, neque orthographiam ab ipso in Teutoni-
cis obseruari consuetam, cum ad eam rem ac-
comodatis typis careamus, expressimus.

Pag. 252. Cantilenis duabus etiam subiunximus
tertiamque est Acrostichum.

Pag. 268. in prefatione quinta lege: parciora ve-
ro Domini manus dederis. & Pag. 271 lege: Ipse
quoque, ad hoc illud vere religiosum, quantum adiuuor
auxilio sancti Spiritus, quotidie me comparare studeo,
imo singulis & horis & horarum momentis ad illud me
conor attingere: ne cum venerit Herus meus &c. Ead.
Pag. Et postquam ille postremus agon fortiter, & feliciter,
per illum gratia, à me superatus fuerit, ante Deum, a. i. l. a.
Et pag. 272. versu post. Sernet inculpatus, & custodias
animas vestras & corpora vestra usque ad diem 7. o.

Sed iam tempus est claudendi riuos operarum nostrarum: Te rogamus, Lector, ut opusculum istud quod est rari ut vides exempli, gratum & acceptum habeas. Patere simul, obsecro, ut velut in aures tuas insufurrans à te hoc petam & impetrem: nimirum, Si fortassis aliquid in hoc libello reperiēs, quod vel omis- sum velles, vel immutatum tibi videbitur, vel additum cæteris miraberis: ut Nunc quidem, & isto tempore, hæc esse, ut sunt edita, finas: & constituisse nobis rationes nostras, quas non opus est omnibus publicè reddere: & si tamen redderentur, plerisque satisfaceret, tibi per- suadeas. Vale: & tum nostris conatibus, & laboribus faue, ac benè precare: tum in illum etiam qui hæc per me diuulgat, ita sis & quanti- mus æstimator & iudex: ne ipsum suæ optimæ amicissimæq; voluntatis: & sincerè candidi & integri, quo adhæc proferenda fuit per motus animi, non iure, culpaue sua, sed merito tuo (quod tamen futurum vix sperat) pœniteat.

Gorl. M. April. M. D. Lxxxv.

INIM

A



PSAL. CXII.

LAVDATE PVE-
RI DOMINVM: LAV-
DATE NOMEN DO-
MINI: SIT NOMEN
DOMINI BENEDI-
CTVM: EX HOC
NUNC ET VSQVE IN
SECVLVM. A SOLIS
ORTV VSQVE AD
OCCASVM: LAVDE-
TVR NOMEN DO-
MINI.

AMEN AMEN
AMEN.

УЧЕНИКА



non cororatur: nisi legitime ac tra
em agricolam oportet primum de
iudicis cui pcepte. intellige que dico. Dabit eni
ibi dominus in omnibus intellectum. Memores esto
omnium nrm ihm xpm resurrexisse a mortuis
resurrexerit dauid scdm euangelium meum: in quo
a deo usq; ad iumenta quasi male operans. s. uer
um dei non alligatum. sed omnia sustinens pp
electos: ut et ipsi misericordiam consequantur. que

ongammitatem. dilectionem. patientiam. psequi-
tiones. passionis. quanta michi facta sunt apostoli
c. iocundo. iustis. quales psequutiones sustinui. et
et omnibus me eripuit dominus. Et omnes qui vo-
lunt pie vivere in xpo ihu. psequutionem pati-
entur. *leo. iocundo.*

Bonum est sapientia morabitur: et qui in iustitia su-
a meditabitur: et in sensu cogitabit circum-
spectorem dei. Cibabit illum pane vite et intelles-
sientie salutatis potabit illum. Et
illo et non flectetur: et conturbabit il-
lum.

nonne ecce non flectit

rec.

illum co

non coronatur: nisi legimus circa
em agricolam oportet primum de
terris eius percipere. Intellege que dicit. Dabit enim
dominus in omnibus intellectum. Memor esto
omnium nrm xpm resurrexisse a mortuis
& semine dauid scdm euangelium meum: in quo
a iero usq; ad iudaea quasi male operans. s. uer
um dei non alligatum. sed omnia sustinens pp
electos: ut ipi iudicium consequantur. que



Les deux parties
de la doctrine

— nonne ecci no l'ce

rec.

I

25

1611





